¶ Rauedseni sicˇ dcm̄ fuit ē reubarbarū: ꝛ Auer. in 5° collˀ. ingt. raued. i. reubarbaꝝ. Jsidor⁹ ait. reubarbaꝝ siue reupōticū: sȝ nō recte. illud qđ trās danubiū i solo barbarico: istud qđ circa pōticū colligiť noīatū ē. reu aūt radix diciť barbaꝝ greca: q̄si radix barbarica: Mes. laudat illud qđ magis ē subnigrū declinās ad rubedineȝ: ꝛ qđ est tincture croci adulterať i illis p̱tib⁹: accipiť ex eo itegro sicˇ est q̄ȝtitas magna: ꝛ submergiť in aq̄ p̱ dies q̄nq̄: ꝛ dimittiť aq̄ illa siccari: ꝛ fiūt ide trocisci: ꝛ sūt ipsi medicia regū. reubarbarū vo siccať ꝛ vēdiť: sicˇ est: qđ iaȝ p̱didit aiaȝ: ꝛ ē sicˇ hō mortu⁹: ꝛ illđ in q̄ nō cadit adulteratio ē rarū: ꝛ hȝ tincturaȝ croci. adulteratū vo hȝ ꝯriū: cōseruať p̱ annos tres vel

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0019-5

4ro: si sepeliat in psilio: aut in millio sicuti est ↄsuetudo.

Diacostuz ℞.costi amari: cassie cinamomi.an̄.ʒ.v.seminis anisi: apij: cimarū: squināti: rauedseni.an̄.ʒ.iij.assari.ʒ.iiij.croci: aristologie.s.rotunde: myrre.an̄.ʒ.ij.mellis quantum sufficit.

⁋ Diacostuz aūt dr̄ a costo qđ recipit.hoc apud nos nō est valde i vsu. Auic̄.in 5° canon̄.hz vnā descriptionē q̄ vr̄ q̄si eē si'lis huic. Nicolaus describit vnā aliā descriptionē: sed nō est si'lis isti quā ifra describemus. ⁋ Costuz aūt est radix amara. h̄ satis notū est.reperit aliq̄n in cōfectionibus costū dulce: sz nr̄i auctores de eo nō loquunt. nā vide Serap̄.in cap° de costo ex auc̄te Gal'.q ingt.sapor eius.s.costi est amarus multū fortis acutus. Macer ait.

Costi sunt gemine species grauis vna rubensq3.
Est ⁊ amara nimis.hec indica dicitur esse.
Altera vō leuis nec amara colore subalba.
Hāc arabes mittūt.por vtilior medicine.s.ſm circa instās costū pōt seruari per decem annos in virtute.

Cōfectio electuarij ex inētione nr̄a nō est in vsu: sz simplicia q̄ nō sunt declarata declarabo.

⁋ Alcochol.i.subtile sic athomi solis. Nicolaus florē.i lib° ʒ.in cap̄.de curatiōe egritudinū oculoꝝ ingt.administrantur aūt medicine oculis: aut in forma pulueris: ⁊ vocātur cohel vel chofel siue alcohel vel alchofol: ⁊ sign̄at puluerē debere eē subtilissimū sic athomi q appent i sphera solis. ⁊ sic itelligere debemus p alcohol puluerē subtilissimū.

⁋ Balaustia ſm Aui.Dia.⁊ Serap̄.⁊ Isidorū est flos maligranati agrestis. Isidorus in cap° de pprijs noībus arboris ait.flores malorū a grecis appellati sunt quitinos.latini caducū vocāt.agrestium aūt maloꝝ flores greci balaustion appellauerūt: quoꝝ alij albi: alij purpurei: alij rosei. reperiunt similes floribus mali punici.

⁋ Cōcule apud nr̄os auctores repiunt multe spēs.nā Serap̄.de ipsis diuersa cap'la facit.ipse facit vnū cap^{m} de conchilio.⁊ ibi sic ait.bedef.i.ↄchiliū coclee pue sicce q̄n aduriſ cinis eoꝝ ſm q dr̄ est cinis multū adurēs.aliud cap^{m} facit de ostracha marine ⁊ teste ↄchiliū: ⁊ ibi de ambabus logſ di.ostrachoꝝ ex mari q̄ dn̄r barcora nō vsus suz corporib⁹ eoꝝ nisi cōburerent p̄us ea: q2 sunt testa dura multū ⁊c̄.ēt in cap̄ de blacte bisantie.i.purpura marina iquit. cōchiliū est ex spēbus ostrachoꝝ.⁊ est simil'r de cōchilijs palpir.⁊ reperiunt in regionib⁹ indie in aquis iuxta quas orit spica nardi ⁊c̄.Dia.facit cap^{m} d̄ coclea terrena.i.lymacia: q̄ ēt iter spēs cōchiliuz est posita: repit apud nos alias spēs que nascit i aquis dulcib⁹: ⁊ hec vocat cōchula aque dulcis.iuenit alia spēs cōchule quā peregrināces portant de sancto Jacobo.⁊ iste vocant venerie.Aui.aūt in ʒ° can̄. in fen.xxi.in cap'lo de cura fluxus sanguinis.⁊ in fine eius patiētis fluxū mēstruoꝝ ingt.ↄchularū marinarū q̄ asportant a sancto Jacobo adustarū.adurunt aūt vt docet bulchasim: ⁊ modus ipsius iste est: terant in p̄mis: ⁊ ponātur in olla mūda: ⁊ ponat in furno vna nocte.deinde extrhatur si sunt cōbuste: sicut cinis bn̄.si nō āt ponas iteꝝ in furno panis: ⁊ dimitte donec fiat alba calciata: ⁊ vtere vbi opz.

Cōfectio alcançi nō est in vsu.simplicia q̄ in ip̄a ingrediunt declarabo. Auic̄.in 5° canonis hz duas descriptiōes el'arij alchāçi: si nō sunt in vsu. Floꝝ alchelil.i.florū roris marini: siue corone montis: siue alchelil ges: vt apud grecos.si vō repies scriptū in ↄfectionib⁹ granoꝝ alchilil itelligit granata syluestria.

Cōfectio de assa.i.de assa fetida nō est in vsu. Auic̄. in q̄nto canonis habet vnam aliaz descriptionem: que eadem est cum ista Mesue.

⁋ Assa ſm Dia.est gūmi filfij apud Pli.interdū vocat lacerpitiū: vel assa: vel herba eius q̄dā est fetida: alia est dulcis: quē apud Simonē nunq̄z vidi nec audiui aliquē vidisse.sed Mattheus syluaticus exponit q assa dulcis est gūmi liquiritie. Rasis in libro diuisionū in cap'lo de diminutione coitus inquit.altit.i.assa dulcis.

Cōfectio anacardina. ℞.piperis.s.nigri: macropiperis.i.pipis lōgi: mirabolanoꝝ chebulorū: emblicoꝝ: bellericoꝝ indoꝝ ⁊ ium debedust.an̄.ʒ.ij.costi: anacardi: çucchari tabarçet.i.çucchari albi burūgi baccaꝝ lauri.an̄.ʒ.vi.ciperi.ʒ.iiij.tere anacardos p se.deinde medicinas alias: ⁊ cōfice cū butyro vaccino ⁊ melle quātitate equali bullitis prius: ⁊ da post sex menses.

⁋ Cōfectio anacardina est cōfectio sapiētiū: ⁊ illoꝝ q desiderāt scire.acuit.n.itellectū. Auic̄.in 5° canon̄.hz duas descriptiones cōfectionis anacardine: sed nō sunt si'les huic: quā scripsit Mesue.inferius vō hz elium anacardinū qđ subtiliat cogitationē ⁊ sensum: ⁊ est el'iuz sapiētiuz: ⁊ dicit q est salamonis: ⁊ hec descriptio videt eē eadez isti Mesue.ipse Mesue in cap'lo de egritudinib⁹ neruorū scribit vnā aliā descriptionē: de qua infra erit sermo.

⁋ Ium debedust siue çumdebedust sunt testiculi castorei: q̄dā apothecarioꝝ falso dixerunt q dz dicere vinū debedust: ⁊ volūt itelligere p vinū debedust duas res.s.q ium sit vinū ⁊ debedust sit q̄dā herba: sz falsa est opio eoꝝ.naz vide Auic̄.in p̄dicta cōfectiōe q loco ium debedust hz castorei.sil'r hz Joā.Serap̄.in suo antidotario. Itē vide i ʒ° prac. Haly i p̄dicta ↄfectōe q hz çūdebedust.i.testiculi castorei. Et sic moderni doctores volūt q itelligam⁹ p ium debedust testiculos castorei.⁊ aial illud ſm Serap̄. vocat castor.⁊ ſm Gul'.plac.est qđdaz aial qđ appellat bauera. Nota q herba bedustar in ptib⁹ nr̄is: vt dicit Mattheus syl.nō repitur. Mesue in cap'lo de debilitate visus laudat ipsaz. vide Simo. Januen̄.in cap° debedustar. vbi sic ait. bedustar apud aben Mesue herba est quā ignoro.ium debedustar sunt testiculi castorei: ⁊ sic est. Item circa instās ait.castoreum est testiculus cuiusdā animalis dicti castor vel heum: alij icum: quod idem est.

⁋ Anacardus ſm Nicolaū est fruct⁹ cuiusdā arboris que pediculus elephātis vocat. Circa instās dicit anacardi.dicūt q̄dā q sunt pediculi elephātis: sz falso. Serap̄.inquit. anacardi est fructus arboris si'lis cordi auis: cui⁹ color est rubeus parū ⁊ iter ip̄m est res similis sanguini: ⁊ est id qđ administrat in eo. Aui.dicit: est fruct⁹ similis ossi dactyli: ⁊ medulla ei⁹ est si'lis medulle nucis dulcis: ⁊ ēt ipse Auicē. in 4° canonis: enumerat anacardos iter venenosas plātas: sed opz anteq̄z administrent in medicinis vt p̄parent: vt ifra ostēdā in p̄dicta cōfectione nascunt in scicilia in mōtibus igneis. Auer.in q̄nto col'.ait balador.i.anacardi.

⁋ Burōgi vel abrūgi idem sunt.vt dicit Simō.Serap̄.de ipso cap'lm facit sub noīe abrūgi: ⁊ dicit q est granū puuz pūctatū nigredine ⁊ albedine rotūduz: sicut granū mes.i. robilie nullius odoris: defertur de seni.in sapore ipsius est amaritudo ⁊c̄.nō est hedereg.siue erisimon.i.erucha gorgana: vt q̄dā apothecarioꝝ dicūt.nā Serap̄.aliud cap^{m} facit de erismon: ⁊ dicit q est granū: sicut granū nasturtij.g̃ nō cōuenit hederegi cū burugi. Gētilis sup 5^{m} can̄. Aui.exponit q burōgi est granū in magnitudine pipis: ⁊ hec est modernoꝝ opio: nō est aūt nigella. vt exponit lumē malelucēs. Nā Rasis in 9° Almāsoris: in cap̄ de lūbricis ⁊ vermib⁹ q nascunt in ano ⁊ in vētre hz burongi excorticati: ⁊ itellige q nō sunt idē: q̄dā vō sapiētes dixerūt q veꝝ burōgi est myrtus alba siue myrtus agrestis: ⁊ sic sine dubio vi: q2 myrtus alba est cubebe qđ est granū in magnitudie pipis: ⁊ sic Mattheus syluati.in cap̄ de cubebe ingt.cubebe.i.damyrta vel burōgi apud arabicos: ⁊ sic nostri doctores volūt q p burōgi ponimus cubebe: q2 in ista mā multum valet:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0020-6

tum valet: ⁊ si est experiētia apud multos: ꝙ si accipiatur cubebe ⁊ masticet̃: cōuenit memorie. Mesue inqt ꝙ ista ꝯfectio nō dȝ dari si nō trāsiuerint mēses sex: qdaȝ admirant̃ talib⁹ v̄bis dicētes: ꝙ in ipsa igredit̃ opiū: ⁊ si opium nō igredit̃. ꝗ pōt dari in oi etate: sȝ nō valet hoc. nā in ista cōfectione igredit̃ in bona q̄ntitate de anacardis qui sunt venenosi: ⁊ oportet administrari ipsos ꝑparatos: vt docet Rainaldus de villa noua. in ꝓ lib⁹ in cap. de defectu memorie: ⁊ de iuuātib⁹ ad memoriā: vbi sic ait. anacardi aūt añ medicias aliq̄s ꝓ debēt i hūc modū ꝑparari. Accipiāt̃ anacardi: ⁊ optime terant̃ in mortario: ⁊ in aceto fortissimo ponant̃: ⁊ ibi stent dieb⁹ septē: postea lento igne in ꝑdicto aceto coq̄nt̃: q̄usq̄ȝ 3ª ps aceti remaneat: ⁊ cola fecem illā q̄ in fundo vasis remāserit aceto ex colato: ⁊ in medicinis pone: nunq̄ȝ eniȝ anacardi debēt in medicinis poni: nisi ꝑus h̄ mō ꝑparent̃: ⁊ si mel anacardinū facere volueris pone cū ipsis anacardis cū ꝑdicto aceto coctis tātūdē mellis dispumati: ⁊ bulliāt ambo sil' vsq̄ȝ ad spissitudinē: ⁊ habebis mel anacardinū: qd̄ in ꝑdictis egritudinib⁹ operatur mirabil'r: ⁊ sic debent ꝑparari in ista cōfectione.

Confectio Philony ex inuētione prima Mesue. ℞. pipis albi: iusquiami albi. añ. ʒ. xx. opy. ʒ. x. croci. ʒ. v. spice: piretri: castorei. añ. ʒ. i. cōfice cum melle dispumato: quod sit quadruplum pōderis omniuȝ: ⁊ sunt qui ponunt musci. ʒ. vnius tertiam.

¶ Hec cōfectio philony est famosa: ⁊ maxime de istis duabus descriptionibus: q̄s describit hic Mesue. veꝝ reperiunt̃ alie descriptiones: que etiā in vsu sunt: vt est philoniū persicum Mesue qd̄ describit in sua practica Auic. ⁊ etiā aly describunt: sicut ostēdā infra si deus voluerit.

¶ Jusquiamus grece latine ꝑm Diasco. dr̃ canicularis: ꝑm alios dens caballinus: ⁊ bengi apd̄ arabes. Mesue hȝ iusquiamū albū: ⁊ apud oēs auctores est herba nobilior alys spēb⁹: sed q̄ in nr̄is ꝑtib⁹ non repitur ponimus loco eius illū q hȝ semē subruffum: sed illa q̄ hȝ semē nigruȝ: est fugiēda. vt iqt Macer. Jusqamū greci: quā nr̄i caniculatā: Dicūt. huic herbe v̄tus est frida valde. Tres hȝ hec spēs: semē profert ꝑor albuȝ. Altera subruffum producit: tertia nigrū. Nobilior reliq̄s est semē que gerit albū: Pro quo si desit mos est apponere ruffuȝ: Nigrū v̄o freq̄ns medicoruȝ respuit vsus. Et ista est illa herba q̄ in Papia a vulgo herba pinula vocat̃. idem sentit Auic. 2° canonis.

¶ Opium ꝑm Dia. succus est herbe: ⁊ lac papaueris qd̄ colligit̃: vt ipe ibi docet. opiū aūt cōponit̃ ab opos: qd̄ est succus ⁊ lachryma. apud Auicē. est succus papaueris nigri: ⁊ egypty ipm̄ seminant. q̄nq̄ȝ v̄o fit opiū ēt ex semine lactuce: agrestis: ⁊ est stupefactiuū debile subtile. Sera. de opio nullū facit cap̄. sed in cap̄. de papauere de ipso loqtur ⁊ dicit. gūmi v̄o papaueris nigri est opiū. Aui. ⁊ Dia. nō ponūt dosim opy: sed ꝙ dȝ sumi sine nocumēto. Sera. aūt i cap̄. allegato q̄si in fine inqt: ⁊ dosis eius. s. opy est ab vno danich vsq̄ȝ ad. ij. ⁊ quātitas occidens ex opio est. ʒ. ij.

Confectio philony descriptione hamec non est in vsu ꝑm istam descriptioneȝ sicut dixi. simplicia que declarata non sunt declarabo.

¶ Nigella ꝑm Sera. ex auctē Dia. est qd̄dā semē nigruȝ: acutū boni odoris: qdā miscent hoc semē cū massa paste: ⁊ faciant inde panē. moderni v̄o apothecary vtunt̃ q̄daȝ semine triangulato: hn̄te citrinū colorē ⁊ odorē iocūdū: ⁊ de hoc nr̄i auctores nō loquunt̃: nā oēs scribūt de nigella: ⁊ nō loquunt̃ nisi de illa nigella q̄ vocat̃ melachion siue melantiū: vt dic̃ Diasc. sapiētes v̄o dixerūt ꝙ q̄ñ repit̃ in receptis nigella de citrina dȝ itelligi: ⁊ q̄ñ repit̃ melachiō siue git itelligit̃ de nigra: nō est illud git qd̄ dr̃ giton: sȝ est aliud. Auer. in 5° colliget ait. scamū. i. nigella. Mandragore. s. corticis ips⁹. Auic. vocat Jabrol: ⁊ dicit est radix mādragore syluestris: ⁊ est radix ois mādragore: ⁊ magne similis forme hois: ⁊ ꝑpter hoc noiat̃ mandragora: est eniȝ nomē imaginis nālis. s. sicut planta exn̄s in forma hois: ⁊ ꝑm Petrū de crescētys v̄ba Aui. sūt male traducta: vt infra ostendā in oleo de pomis Jabrol. Auer. in 5° col. appellat lefaba. Jo. Serap̄. in antidotario in confectione dicta keskigeru inquit. çuferand. i. radix mandragore.

Egeta vel saçenea. ℞. castorei: myrre: opy: pipis: macropipis: galbani: costi: cinamomi: fu: meu: dauci: assari: croci: añ. ꝑtes eq̄les: ꝯfice cū melle dispūato ⁊ fiat.

¶ Egeta ꝑm intentionē Mesue: est saçenea: ⁊ sic credo: q̄ Auicē. in 5° cañ. habet sagçeneā magnā ⁊ minorē que vr̄ esse idē. Albucasis aūt in tertia particula açarauy. inqt antidotuȝ qd̄ arabice sagçenea maior: ⁊ antiq̄ noiat̃: que ab antiq̄s multū experta fuit: ⁊ dr̃ qd̄ sagçenea infinitis confert passionibus ⁊c̃. ibi describit suā ꝑmissionē que quasi est eadē. Apud nos est in vsu maxime ista Mesue.

¶ Galbanū ꝑm Diasc. est lachrymū cuiusdā herbe silis ferule: que in nicomedia nascit̃ ⁊ syria: cuius optimū est qd̄ est mūdissimū: ⁊ simile armoniaco: ⁊ hoc est satis notum. Apud Auer. in 5° col. galbanū appellat̃ halcarina.

¶ Fu. i. valeriana vel potētilla: vel amātilla ꝑm Dia. fu: mlti appellant nardū agrestē. Circa instans dicit. fu itelligit̃ radix: ⁊ sic est. Apud nos nascit̃ iuxta fossas: ⁊ multi vulgares nomine vocant ipsam herbam benedictam.

¶ Meu: vt dicto quādo simpliciter ponit̃ radix intelligit̃ in medicina: sed lumē tenebrosuȝ seu malelucens scripsit ꝑdictā cōfectionē: ⁊ exponit ꝙ meu est semē anheti syluestris: cuius falsa est opinio: sicut est notū nobilibus apothecarys. Pli. ait. meu in Italia non nisi a medis seritur.

Athanasia magna. ℞. opy: croci: myrre: castorei: iusquiami albi: costi: cordumeni semis papaueris nigri: spice. i. nardi eupatory epatis adib: ⁊ cornu dextrū ex cornib⁹ capre: ⁊ in alio de cornibus cerui: sil'r de singulis: ana ꝑtes eq̄les: ⁊ tere q̄ terēda st̃: ⁊ alia liq̄fiāt in vine: ⁊ cōfice in melle dispumato: ⁊ da post sex mēses.

¶ Athanasia aūt magna dr̃ respectu minoris: eo ꝙ pauciora simplicia igrediunt̃: tm̄ Mesue nō d̄scribit nisi magnā. Auic. v̄o in 5° cañ. hȝ athanasiā magnā ⁊ minorē: que satis vr̄ ꝯcordare cū ista: ⁊ dic̃ ꝙ minor hȝ illa iuuamēta q̄ sunt in magna. Nicola⁹ in suo antidotario hȝ athanasiaȝ de q̄ ifra: sȝ ista Mesue est illa q̄ nos vtimur. Halyabbas aūt in decimo practice habet athanasiā que cū epate lupi fit.

¶ Cordumeni. i. carui agreste: qdā de nouo scribēs ititulatus lumē apothecarioꝝ sup istuȝ passum loco cordumeni posuit carui: cui⁹ falsa est opio: naȝ aliud est carui agreste: aliud est carui domesticū. qdā dicunt ꝙ cordumeni est ciminella: qd̄ nō est. aly cardamomū: qd̄ nō est: q̄b⁹ mirādū est ꝙ illud cap̄. de cardamomo apud Dia. est idē cū ca. de cordumeni apud Serap̄. sȝ moderni distiguūt ꝑ alia noia vȝ. ꝙ aliud est cardamomū: aliud ē cordumeni. nā Sera. duo cap̄. facit. in cap̄. v̄o de cordumeni dic̃: ꝙ cordumeni est carui agreste. Preterea vide apud eūdē in suo antidotario in confectione tyriace: q exponit cordumeni. i. carui agreste. ⁊ sic dic̃ Guilermus placētin⁹ in ꝑdicta ꝯfectione. Democritus v̄o ibidē dic̃: ꝙ est cheisiȝ cāpestre siue siler creticū. Mattheus v̄o sylua. in cap̄. de cordilion inqt. cordilion grece latine v̄o carui agreste: vel siler creticū v'l cordumeni: ⁊ dicit ex auctē Dia. ꝙ est herba q̄ nascit̃ in scicilia: ei⁹ fruct⁹ est sarmētosus hn̄s semē rotundū ⁊ duplex: sicut est faba viscidū ⁊ odoratū. vide ꝗ ꝙ veꝝ cordumeni est carui agreste: ⁊ ꝑm Democrituȝ est cheisim cāpestre: ⁊ cheisim cāpestre est leuisticū: ⁊ sic est ꝑm veritatem.

¶ Adib. i. lupus: sil'r Auic. hȝ epatis adib: qdā scribūt adip:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0021-2
DFG

inde epatis adib.i.lupi: Daliabbas loco ei⁹ hꝫ epatis lupi: qȯ idē est:opꝫ añq̄ʒ admiſceať in medicinis optime laueť vino albo odorifero:⁊ bñ mūdeť ab oib⁹ſtupefactionib⁹: deinde exicceť ⁊ iuoluať cū abſcintbio:⁊ ad vſuꝫ reſueť.

¶ Repiť q̄dā herba dcā adhil:quā Meſue i cap.de egritudinib⁹ oculoꝝ laudat:⁊ est eufragia:ſm Mattheū ſyl. Jo.aūt Anglicus in cap.de debilitate viſus:⁊ cecitate accidētali ingt.herba adhilis:est herba lupi iterficiens eum:⁊ est ſatyrion.ipſa eniꝫ ſm oēm modū administrationis ei⁹ est ſublimis in ꝯfortatiōe viſus:ſm aliq̄s est herba eufragie:⁊ vtraqꝫ ē bona:veꝝ ex meo iudicio herba adhil magis pt dici eē eufragia q̄ʒ ſatyriō:q꞉ i illa mā magis valet.

Diaſulphur ℞.piperis albi ⁊ longi:añ.ʒ.vi.ſulphuris citrini:thuris:meu:iuſquiami albi:myrre: ſtoracis:cordumeni:añ.ʒ.viij. ruthe:coſti:añ.ʒ.vi.opij mādragore:añ.ʒ.iij.croci.ʒ.ij.ſ. caſſie.ʒ.vi.conficie cum melle diſpumato:⁊ vtere post ſex menſes.

¶ Hec deſcriptio diaſulphur apud nos nō est valde i vſu. Aui.in 5° cañ.hꝫ vnā aliā deſcriptionē que vi꞉ eſſe eadem. Sulphur citrinū est ſatis notū:reperiť aliud ſulphur qȯ a multis lapis ſulphuris di꞉:ſiue ſulphur viuū:ſiue thiron apiron.i.q̄ſi ſine igne: inde tibapiron.i.ſulphur. Papias dicit ſulphur dictū:q꞉ igne accendiť:ignis eniꝫ est:nā vis eius in aquis feruētibus ſentitur:neqꝫ alia res facilius accēdiť:fulgur quoqꝫ ſulphuris odorē hꝫ:⁊ lux ipſa ſulphurea est:naſciť aūt in inſulis eolijs iter ſciciliā ⁊ italiam ⁊c̄. post iteꝝ ait:ſulphur di꞉ q̄ſi ſoli pyr.i.terre ignis.

Cōfectio de ſtorace.℞.ſtoracis liquide:opij:aſſari: ſeminis iuſquiami albi:caſtorei:croci:myrre:olibani:añ.partes eq̄les mellis quātū ſufficit.

¶ Hec confectio apud nos non est valde in vſu. Raſis in nono Almāſoris:in cap.de fluxu ventris:deſcribit vnam deſcriptionē que est eadē:niſi in vna re.vꝫ.ꝙ Meſue habet crocum. Raſis nō.in reliquis concordant.

¶ Storax ligda ſm Jo.Sera.i ſuo antidotario in ꝯfectione dcā keþ est mel ſtoracis calamite.ſpēs vō ſtoracis tres ſunt.ſ.ſtorax calamite:ſiue lubue ⁊ muſcata:⁊ iſta est illa q̄ itelligiť qñ abſolute poniť:⁊ est ſtorax ligda dcā ſigia:⁊ iſta ſm q̄ſdā fit ex fructu q naſciť i arbore:lubue exp̄miť:⁊ est ſtorax ligda:⁊ est ſtorax rubea dcā apȯ q̄ſdā coçūbrū vel thus iudeoꝝ:⁊ ſm quoſdā oēs ſpēs ab vna arbore naſcunť.de q̄ ſtorace Nicolaus ait.Storax est triplex ligda rubea ⁊ calamita.Et oēs ſunt gūme de quadā arbore.

Cōfectio hiere pigre Haleni. ℞.cinamomi:maſticis:aſſari ſpice:carpobalſami:croci:xiloaloes:caſſie:ana partes eq̄les:⁊ q̄dā addiderunt florū ſquinanti:partem vnā:⁊ quidā addiderunt abſcintbiuꝫ:⁊ alij alia:aloes aūt ſit duplum ponderis omnium.

¶ Hiera.i.ſacra:pigra.i.amara:inde hiera pigra.i.ꝯfectio amara ſacra ſm intentionē Meſue ex auc̄te Haleni:⁊ ſic est ꝙ Halenus cōpoſuit ipſaꝫ ⁊ deſcribit ipſam.in trac.2° meimir.in cap.de dolore capitis q a ſtomacho fit.Auic.in 5° cañ.hꝫ vnā aliā deſcriptionē:⁊ est ſil'is huic.⁊ ibi ingt. hec est hiera aloes:⁊ aſſociať ei cinamomū ꝑpter ſubtilitatē ſuā ⁊ iuuamētū qȯ facit viſcerib⁹ ⁊ ſtomacho: ⁊ maſtix ſil'r vt cōſeruet:⁊ ſil'r caſſia ⁊ crocus ꝑpter digeſtionē ⁊ cōfortationem cordis ⁊ ſtomachi:⁊ fortaſſe crocus facit incurrere in ea dolorē capitis:q̄re opꝫ vt minoreť pōdus eius aut expellať ⁊ aſſaꝝ:qm̄ ineſt ei adiutoriū ad ſolonez faciēdā ⁊ p̄cipitationē humiditatū:⁊ qñ ponunť loco eius cucube:⁊ ſunt ſubtiles:⁊ carpobalſamus:⁊ xilobalſamus ꝑpter cōfortationē ſtomachi ⁊ reſolutionē albeçabarati:⁊ de hoibus ſunt q̄dā qui ponunt in ea florē ſquināti:q̄re prohibet raſurā que timeť ex aloe ⁊ roſas:vt expellāt malitiā caliditatis aloes a ſtomacho ⁊ a capite.Meſue in ſua deſcriptione nō habet xilobalſamū.Auic.vō hꝫ.⁊ Aui.nō habet xiloaloes.i.lignuꝫ aloes.Meſue vō hꝫ:tu vō vides ꝙ Meſue vult ꝙ ingrediať xiloaloes ⁊ nō xilobalſamū. Auicen.est ꝯtˀus.Halenus cōpoſitor nō hꝫ xiloaloes:ſed loco eius hꝫ xilobalſamū:vt hꝫ Auicē.⁊ ſi Halenus magis laudat xilobalſamū q̄ʒ xiloaloes debetis ponere.Gentilis ſuper 5° Auic.ait.intelligendū est:ꝙ hiera de aloe itelligitur:q꞉ principalis medicina que ibi poniť est aloes ⁊c̄.

¶ Aloes ſm Jſidoꝝ est ſuccus herbe amariſſime panace Meſue in caplo de aloe ingt:ꝙ vnū est qȯ fit in ſuccutri regione:aliud in perſia:aliud in armenia:aliud in arabia:⁊ melius ex eis est ſuccotrinū:post illȯ perſicū : ⁊ illud 2ᵐ est epaticū:deinde armeniū:⁊ deteri⁹ est arabicū. Et iſtud apud quoſdā est caballinū:⁊ di꞉ ꝙ est fex alioꝝ.moderni vō cōmuniter vtunť epatico ꝓ meliori.ſed Meſue ⁊ alij auctores magis laudant ſuccotrinū q̄ʒ epaticū:ſpecies vō aloes ſm Meſue ſunt tres vel q̄tuor.⁊ ſil'r ponit Aui.ſed Dia.⁊ Serap.non ponunt niſi duas ſpēs:ſed ſm multos ſpēs aloes ſunt tres.vꝫ.ſuccotrinū dictū ab illa ꝓuintia ſic noiata.epaticū:q꞉ i colore ſuo aſſilať epati:⁊ iſte due ſpēs ſunt nobiliores alijs:⁊ est aliud qȯ di꞉ caballinū:⁊ iſtud est fex alioꝝ:⁊ est deterius in medicina.Meſue de for⁹ ipſi⁹ herbe nō deſcribit:ſed vide apud Diaſco.⁊ ibi reperias:⁊ hec herba vocať çabacra:⁊ de modo faciēdi ipſum docet Albuchaſis i tractatu 2° de preparatione medicinaꝝ que fiunt ex plantis.Serap.laudat illud aloes ꝙ est glutinoſum:nō habens in ſe lapides ſplendidū ad rubedineꝫ declinans:cito frāgibile ⁊ fortiter amaꝝ.quaſi in fine ponit modum faciendi hiere pigre:ſicut habet Halenus.

¶ Meſue inquit.ꝙ illa medicina in qua proijcitur aloes confortatior est:⁊ ſi non ſit lotus illa efficitur plus ſolutiua:⁊ minus confortatiua.

¶ Nicolaus florētin⁹ in lib°5°.in trac.4°.in cap.de cōplōne ſtōchi nō pura in gñali cū mā ingt in p̄dicta cōfectiōe. ⁊ dixit Hal.aloe lotū efficacius est ad cōfortandū ſtōchū: ſed nō lotū efficacius est ad purgādū ipſum:⁊ dic̄.ſi hiera pigra data fuerit ad purgādū ſtōchū tp̄e cōgruo est efficacior oibus alijs:ita tñ ꝙ patiens ambulet post potuꝫ eius moderate:⁊ ꝑmutet aliq̄d in mēſa regiminis eius:⁊ dixit. nō dꝫ pigra deſtēperari cū melle:cōfortatio ⁊ corroboratio quā fac̄ i ſtōcho cū melle fiet minoris effect⁹. iera q̄dē hec vocať hiera Hal.ſimpˡʳ:⁊ a q̄buſdā vocať hiera d̄ octo reb⁹:⁊ est illa de q̄ itelligiť cū abſolute poniť:cui⁹ deſcriptio repiť duplex:vna cū aloe loto:alia cū aloe nō loto.

¶ Nicola⁹ aūt dic̄ ꝙ iſta deſcriptio hiere vocať a q̄buſdā hiera de octo reb⁹:in hac neſcio q̄d dicā:nā Hal.cōpoſitor iſtius cōfectionis in caplo noiato ingt ſic.peſſima aūt fit diſpō in prauis humorib⁹imbibitis abiectis in tunicis vētris:quoꝝ optimū auxiliū est id qȯ per aloē pharmacum: qȯ vocāt q̄dā pigrā:alij aūt hierā que ꝑ aloē:⁊ ponūt q̄dē centū.ʒ.aloes.vi.vō de vnoq̄ʒ alioꝝ que ibi miſcenť:que ſunt numero ſex.ſ.cinnamomū:ſpica:xilobalſamum:maſtix:aſſarus:⁊ crocus.vide g̊ ꝙ Meſue Auic. Nicolaus:⁊ alij ponūt i p̄dicta ꝯfectione octo res ad numeꝝ ſine aloe. ⁊ Hal.nō ponit niſi ſex.vere credo ꝙ ſit error ſcriptoris. Scias ꝙ de p̄dictis ſpēb⁹ pñt fieri ⁊ fiūt pillule:q̄ dñr de hiera ſimplici vel de hiera Hal. ⁊ ēt fit ꝯfectio hiere Hal. que ꝯficiť cū melle i modū electuarij.reperiť alia hiera:q̄ di꞉ hiera magna:⁊ iſta repiť i antidotario Nicolai:ſic̄ ifra oſtendā.ſm intētionē Nicolai aloe debet eſſe lotus in iſta deſcriptione:ſꝫ in alia nō:⁊ modus ablutionis ei⁹ fit multipl'r.nā quidā lauant ipſum cū aq̄ endiuie:alij cum aqua pluuiali:ſed melius est lauare ipm:vt docet Bulcaſim in trac.2°.vbi ſic ait.modus ablutionis aloe ſeu preparationis ad expellendā malitiam ⁊ acuitatem eius:⁊ cōficiēdi ipſum.℞.de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0022-8
DFG

ipsum. R. de aloe succotrino mūdo: q cito frāgit: et habz colorē epatis: et cui odor est bonus: pōdus libre vni: tere bene et criba. deinde accipe cassie lignee: spice nardi: assari: squinātī: carpobalsami: xilobalsami: cinamomi: ligni aloe: croci: masticis lacce. aā. ℥. iij. ꝯtunde et coque: vt ipse docet in fine ei capli ait. et vtere eo. s. aloe i medicinis laxatiuis: et spēbus biere: et alijs medicis ī qbus aloe igredit. itē Serap. in cap. de aloe: qsi in fine ait. et qñ aliqs vult illum sumere misceat ipm cū mastice: aut abluat ipm cū aq speꝝ: sicut spice: masticis: assari: sic dic Bulcasiz. dñs Mesue i descriptione pillulaꝝ de aromatibus: et de mō abluendi aloem ostēdit: sed sm ipsum administrat in pdictis pillulis.

Hiera hermetis est hiera luf. R. aloe. ℥. i. trocis. alādal. auř. vij. siue. ℥. i. ʒ. turbith agarici: luf vtriusqz sicce ireos serapini mira. citrinoꝝ: chebuloꝝ: indoꝝ. aā. ʒ. i. ʒ. ʒinʒiberis: cinnamomi: masticis: bdelij: ellebori nigri: euforbij: assari: cassie lignee: salis indi: castorei: croci: apij: cheisim: seminis meʒereon: sti. aā. ʒ. i. squille assate. ʒ. ij. ʒ. scamonee bone. ʒ. ij. fiat oium cōtritio bona. gūmi aūt ponant in vino odorifero: et inuoluat puluis in succo cucumeris asinini quātitate q bene inuoluat et exiccet: et iterū denuo inuoluat in pdicto succo: et pauco oleo nucū: et iteꝝ siccet et conficiat totum cum melle dispumato quātitate qua fiat totum sicut pasta: et detur post sex menses.

Hiera hermetis sm itētionē Mesue est hiera luf. hermetis aūt di a cōpositore. Aui. i 5° cañ. hz duas descriptiones ꝯfectionis: q noiat ꝯfectio hermetis: sed nō ꝯcordāt cū illa Mesue: illa vo Mesue est illa q vtimur.

ℭ Troc. Alādabal. i. trocisci de collogntida. nā arabes vocant handal collogntidā. descriptio ipsi repit apud Mesue in distinctione de trociscis. et ibi ait. Trociscoꝝ alandabal qui ponunt in hiera hermetis: et in alijs confectionibus loco collogntide: vt infra erit sermo.

ℭ Turbith sm Mesue est radix herbe: cui folia sunt sic folia ferule: minora tñ: et est ex hntib lac: et est ex eo syluestre et domesticū: et ex eo ēt est magnū et paruū: et adhuc ex eo aliō albū: aliud citrinū: aliud nigrū: sz meli est illud qō sit albū et vacuū: harūdinosuz et gūmosuz: et sit cortex ei cineriti et plan: et sit recēs et facile frāgibile: citrinū ē malū.

ℭ Agaricus sm Diasco. est radix similis silfio id est radici aniuden: siue arboris asse fetide: sed nō est sic dura. agarici genera sunt duo: masculus et femina. masculus rotundus est: et in se collectus et maior. femina vo pectini similis est: quo capilli discernunt etc. et ille qui est albus et leuis: et velociter frāgibilis: et porosus et rarus valde: et vt appareat dulcis in pmo gustu eius. deinde succedat ei amaritudo ista est femina: vt dicit Mesue etc.

ℭ Luf vtriusqz. s. luf maioris et minoris. Mesue de luf capitulū facit: et dicit q est serpētaria: et est plāta q di colluz draconis: et ex ea alia est plāta habens folia: alia crispa: electio. melior pars totius plāte est radix: et melior radix est grossa cōpleta et orta in locis liberis: et melius tēpus collectionis ipsius est ver et pn estatis. Dia. facit vnuz caplm de Aaron. i. dragōtea minori: vel pes vituli: vl barba Aarō. aliud caplm facit de dragōtea: et ista est serpētaria maior: siue colubrina: siue viperina: siue bissaria: et he ambe sunt note: et i hortis reperiunt. Petrus de crescētijs i cap. de serpētaria ait. radix eius p frusta minuta diuidit et siccat et puluerizat: et per pānū cribellat et conseruatur.

ℭ Ireos sm Auic. est radix lilij celestis: que satis est nota.

ℭ Serapinū sm Mesue est gūmi alasce hundeg. et est arbor similis oleādro mōtano: et meli est cuius itra subruheum et subalbidū est: et qō habet odorez porroꝝ: et qō est facile resolubile in aqua: et quod est clarum.

ℭ Euforbiū sm Auicē. est gūmi calidū: cuius vtus alterat post tres aut qtuor annos. circa instans in caplo de euforbio ait. eligēdū quoqz est grossum et claꝝ et puꝝ et lucidū in suba in colore citrinū: et per decem annos seruatur.

ℭ Sal indus sm Auicen. in 2° cañ. est sal niger: nō nigredine napticitatis que sit in ipso: sz ppter subam ipsi: et marinus qdez cū aque obuiat ilico liqfit: et nō est ita terrenus. Mesue in cap. de spēb sal dicit. salis indi alius subniger: alius subruffus et obscurus est. Serap. in cap. de bauracb de ipso loqtur. Mattheus syl. dicit. sal indus est in colore salis et dulcedine mellis. vt Aui. in 4° cañ. fen. i. de asperitate lingue: et est ʒuccharꝝ qō inuenit coagulatū sup cānaz mellis in india sicut sal: loco eius ponit ʒuccharꝝ cādidū. Auic. aūt in 4° cañ. in cap. allegato: ex aucte Matthei sylnatici nō ita dic: imo ait: aut saltē qui asportant de india: et sunt in colore salis: et dulcedine mellis: p ista verba non possumus intelligere: si sal sit ʒuccharꝝ candidum. vt vult Mattheus sylua. veꝝ multi modernoꝝ sunt q in loco salis indi ponūt ʒuccharꝝ candidū: etiā sunt q ponūt sal panis q est spēs eius: et dixerūt sapiētes q est melius ponere sal rubeū: seu sal panis: q ʒuccharꝝ candidū vel candum.

ℭ Meʒereon. s. semē ipsi qō appellat cocognidiū. Dia. in cap. de camellea. i. meʒereō dic. camellea aut cocognidiō nō est semē laureole: vt dic circa istās. in cap. de laureola. Serap. de laureola loqt in cap. de lauro. Alexāder in cap. de hydropisi inquit: camellea vnde cocognidiū colligit: et est lacticiniū folia oliue hns: et sic est: et pp id apud multos herbaticos vocat herba oliuella pp silitudinē folioꝝ ipi.

ℭ Sticados sm Mesue laudant sticados arabicuz: et melior pars plante eius est flos: post hunc folia.

ℭ Sqlla sz Aui. est cepe muris: eo q iterficit mures. Mesue in cap. de squilla docet modū pparationis ei in assatione: et est vt accipiant lamine ipsius: et sepatim inuoluant in pasta: et sepeliant in cinere calido: donec coqnt sufficiēter: postea extrahant ex pasta: et administrent vbi oportet.

ℭ Modus alius assationis ipsius. ponat in vase luteo vitreato stricti orificij: et sigillet ligatione forti cū pgameno: et dimittat dieb. xl. et pprie dieb maioris estus: et moueat vas et mutet vicissiz oi hora: ita q equalr in singulis partibus calefiat. deinde extrahat squilla et administret vbi opz. Albuchasis aūt in libro 2° de ppatione medicinaꝝ inquit. modus ppparādi squillā in oibus modis pparationis eius: et est cepe muris: et primo de modo assandi squillam: vide ibi q eius modus est vt faciunt moderni.

ℭ Scamonea sm Mesue est solutiuum magnum. et dixit Democritus: q est solutiuū anthonomastice: et q est genus solutiuoꝝ et gñale est super oia solutiua. Planta vo ipsius vt dicit Mesue est spēs volubilis: et dicit q vocat dominus lacticinioꝝ: laudat antiochena et armena.

ℭ Cucumer asininus est fruct: sicut cucumer puus. et melior ps plāte ei est fructus ipsi: et ppe ei cōpleti succus: et post ipm radix: et melior fruct ei est cōpletus citrin: iam expoliatus a viriditate: et q est vere amaritudinis: et meli tps opationis succi ei est finis estatis: et collectionis radicis eius est finis veris: et modus opōnis succi ei: vt docet ibi Mesue iste est. R. ex succo eoꝝ quātitatē quā volueris: et pprie qñ citrinescūt: et sūt maturitatis cōplete: et fiat extractio succi cū facilitate: nō cū cōpressione et expssione laboriosa: et exiccet vt exiccatur scamonea et aloes.

Cōfectio hiere archigenis descriptione vlī: nō est in vsu. Auicen. in 5° cañ. inqt. Descriptio vlis hiere Archigenis si legis ambas descriptiones sunt idem. Archigenes aūt est cōpositor isti cōfectionis: de quo Papias ait. Archigenes est pnceps medicoꝝ. Simplicia vo q in ipsa ingrediunt declarabo si declarata nō sunt.

ℭ Prassiū. i. marubiū albū: sed prassion est porrū. Dias. de

ipso duo facit cap̄. vnū qđ incipit marubiū: qđ greci prassiū vocāt ꝑꝑ amaritudinē. Aliud capm facit de prassio: qđ idē est. hoc est satis notū. Papias ait. Piolopes herba q̄ a grecis prassios vocat̄: a latinis v̄o marubiū dicitur.

¶ Camedreos ſm Auicen. est quercus terre: que habet folia parua: similia folijs quercus. Gulielmus placētinus dicit: quercus terre vel quercula minor est camedreos: hec a lombardis vulgo calamandrina vocatur.

¶ Armoniacum siue amoniacum ſm Serap̄. ex auctoritate Diasc. est gūmi plante similis plante galbani in figura sua: nascitur in terra dicta a rege minoris: ⁊ est in partibus codi: ⁊ dicit̄ herba eius grece asios: huius radix vulnerat̄ ⁊ egrediunt̄ lachryme que colliguntur ⁊ seruantur.

¶ Oppoponax ſm Diasco. succus est herbe que panax di. ſm Mesue est gūmi plante cuiusdā similis ferule. Apud Auer. in quinto col. appellatur ibausir.

¶ Poly. s. poly mōtani. Circa istās dic̄. poly mōtani diuersa sunt gña. vñ qñ simpl'r ponit̄ mōtanū dꝫ poni. cū flores ꝓducit debēt colligi: ⁊ ꝑ annū seruat̄. Apud Aui. in 2o cañ. poliū est spēs sceba. i. sandonici: in q̄ est calitas ⁊ acuitas pauca. Auer. in 5o col. dic̄. sedes. i. poliū. s. poliū mōtanū.

Hiera archigenis descriptione Pauli non est in vsu. Auicen. in 5o canonis habet vnam descriptionem: que est eadem cum illa Mesue.

Hiera Diacollogntidos inuentione Rasis non est in vsu. Mesue dicit: ꝙ est ex inuentione Rasis: sed ego nunq̄ȝ vidi apud Rasim: ſꝫ in antidotario vniuersali est scripta vna descriptio.

¶ Collogntida ſm Mesue est quā perses cucurbitā deserti vocant: ēt fel terre appellat̄: eo ꝙ in toto ambitu ortus ei9 iterficit herbas: ⁊ est sic̄ venenū eis. Mesue ingt. collogntide bone. postea ait in loco colloquitide troc. alādal. ⁊ sic est ꝙ in oib9 locis: vbi igredit̄ collogntida poni dēbēt troc. alādal. Et si q̄rat̄ si collogntida dꝫ poni in medicinis grosso mō cōtrita: aut subtil'r puluericata. vide Mesue in suo cap̄. vbi ingt ex auc̄te filij çeçar. nō opꝫ eniꝫ vt multū cōterat̄. vltima eniꝫ puluericatio eius excoriat vias ⁊ venas. Et dixit fili9 Sera. opꝫ vt nō ꝑueniat̄ ad vltimū puluericationis eius: al'r enim vlcerat viscera. Mesue dic̄ ex auc̄te filij Sera. ꝙ opꝫ vt nō ꝑueniat̄ ad vltimū puluericationis eius aliter vlcerat viscera. Uide Serap̄. in cap̄. de collogntida: q̄ſi in fine qui dicit: opꝫ qdeꝫ ꝙ collogntida nō terat̄ multū: ne adhereat itestinis vlcerādo ⁊c̄. Mesue iterꝫ ingt. ⁊ mihi vi ꝙ in vltime puluericata confrangitur v̄tus a ꝑmixtione adiutoꝝ eius: ⁊ pertransit loca viscerꝫ absq̄ꝫ ipressione nocumētoꝝ in ipsis: ⁊ forsitan in ea in qua nō exq̄sita fit illius ꝑs sensata grossa ex ea adherēs in vijs: ⁊ inuolutionibus apostematis: ⁊ vlcerat ⁊c̄.

Hiera ex inuentione nostra non est in vsu.

Hiera Cōstātini a Cōstātino cōpositore dcā: nō est in vsu. simplicia v̄o q̄ sunt declanda declarabo.

¶ Alsiracost al's xiracost est spēs manne: vt ait Auicen. in 2o canonis cap̄. de māna. Nam ipse Aui. ait. māna est ois ros cadens super lapidem aut arborem: ⁊ fit dulcis: ⁊ coagulatur sicut mel: ⁊ exiccat̄ sicut gūma: quēadmodū tereniabin ⁊ alsiracost. ⁊ mel asportatum de terra cusura syluestri: nos loco eius ponimus māna vsuale.

¶ Tamarindi ſm Mesue sunt dactyli acetosi: ⁊ sūt ex fructibus palmarum syluestriū in India: ipsi quoqꝫ sunt ex medicinis nobilioribus: in q̄bus non est excessus.

¶ Cheiron aūt est q̄dam ꝓuintia vbi tamarindi ⁊ dactyli abūdant. Mattheus syl. in l'ra heiron ait. heiron vel cheiron est regio in q̄ anthonomasice dactyli abūdāt. Serap̄. in cap̄. de dactylis dic̄: ex auc̄te Aboanifa. chairon est spēs dactyloꝝ. Ego aūt puto ꝙ est differētia in litteris. Nam heiron est regio: ⁊ chairon scriptū per. a. est q̄dam spēs dactyloꝝ. vt dicit Serap̄. Mesue laudat nigros nō vere nigredinis cū luciditate: ⁊ qui sunt teneri ⁊ mixti cū villis: q̄ sunt sicut radices: ⁊ sint recētes ⁊ pigues absqꝫ desiccatione: ⁊ sint cū dulcedine acetositatis pauce: veri puri ⁊ non ꝑmixti: ⁊ sunt ex adulteratorib9: q̄ eos falsificant cum carne prunoꝝ: sed deocculitat fallaciā nigredo sine luciditate in ipsis: ⁊ q: sunt humorosiores: ⁊ q: in eis est odor ⁊ sapor prunoꝝ. Auicē. in 4o cañ. in fen p̄o. in cap̄. regiminis sitis. eorum superflue. dicit Almosophat: ⁊ sunt tamarindi.

¶ Cassiafistula. s. medulla vl' pinguedo ipsi9 est satis notū. verꝫ repit̄ aliqñ cassiafistula q̄ pōt capi pro cassia lignea. Circa istās de vtraqꝫ cam fac̄. çucchaꝝ violatū siue ꝯditū violatū est ꝯditū: qđ fit ex trib9 ꝑtib9 çucchari: ⁊ vna ꝑte violaꝝ: de q̄ ifra in trac. de ꝯditis ostēdā: si de9 voluerit.

¶ Endiuia nomē latinū est: post grecū intuba. Arabes etiā post grecū hundebe. ſm circa instans endiuia est scariola. Petrus de crescētijs dicit: endiuia q̄ alio noie di scariola vel lactuca agrestis. verꝫ moderni distinguunt ꝑ alia nomina. nā aliud est endiuia: al'id est scariola: aliud cicorea: aliud est taraxacon: q̄uis vna pro alia potest poni: vt ifra apparebit in syr9 de cicorea ſm Nicolum florentinū. ⁊ ibi si de9 voluerit ostēdā spēs endiuie: vel cicoree: vel scariole: que sunt ad numerꝫ septē. Endiuia v̄o satis est nota.

¶ Mallum ſm Isidoꝝ in cap̄. de proprijs noibus arboꝝ ingt. mallū a grecis dictū: ꝙ sit fructus eius pomoꝝ oium rotundissimus. vnde ⁊ hec sunt vera malla: que vehemēter rotūda sunt. Mesue dicit: succi malloꝝ. s. pomoꝝ granatoꝝ: vt dicunt quidam sapientes; acetosoꝝ. s. in sapore: ⁊ muçorum. i. saporis compositi ex dulcedine ⁊ acetoso.

¶ Lupulus ſm Mesue est spēs volubilis: ⁊ est habens folia silia folijs citruli: cuius flos est sic̄ sunt ampule adherētes sil'. Petrus de crescētijs ait: humilis. i. loleuertigo: ⁊ sic est ꝙ nos vulgo vocamus loleuertigo.

¶ Capillus veneris ſm Serap̄. est hesceguasen siue coriādrū putei: siue capillus algol: ⁊ capillus porcinus. Auic. in 2o cañ. de hesceguasen ⁊ sinace est capillus porcin9: ⁊ arabice est capillus algul. Mesue dic̄ capillus veneris. di apō quosdā capillus fontiū: ⁊ di capillus hois nemoralis: ⁊ ab alijs di coriandruꝫ putei: ⁊ cetis. hec herba est satis nota. Auer. in 5o colli. dicit: custarabber. i. capillus veneris.

Triphera persica. ℞. succi solatri: succi endiuie. s. vsual' apij: ⁊ succi lupli depuratoꝝ. añ. lib. i. ⁊ ꝓijciant̄ suꝑ eos violaꝝ siccaꝝ aut viridiū. ʒ. iij. folliculoꝝ sene. ℥. ij. agarici. ℥. i. prunoꝝ damascenoꝝ piguiuꝫ numero. 50. cuscute. ℥. 5. mirabol. citrinoꝝ: chebuloꝝ: indorū: fricatoꝝ in oleo violaꝝ: aut amigdalaꝝ dulciū: añ. ʒ. ij. spice aromatice. ʒ. iij. bulliāt suꝑ prunas cū facilitate: vsqꝫ duꝫ remaneāt lib. ij. ⁊ ꝓijciant̄ suꝑ illa epithimi boni mūdi. ʒ. xl. ⁊ bulliāt ebullitione vna: ⁊ deponant̄ ab igne: ⁊ decolent̄ ⁊ dissoluant̄ in vna ꝑte isti9 colature tamarindoꝝ bonoꝝ recētiū. ℥. iij. māne. ℥. i. 5. pulpe cassie. ℥. iiij. çucchari violati. ℥. xij. colent̄ ⁊ mūdent̄ a granis ⁊ scofis. ⁊ i illa ꝑte aque ꝓijciant̄ çucchari tabarçet. i. albi. lib. iij. aceti: vini. lib. i. coq̄nt̄ cū facilitate: deide ꝓijciant̄ suꝑ illud qđ dissolutū est in succis: ⁊ aggregent̄ sil' in vnū: ⁊ coquat̄ vsqꝫ ad mellis spissitudinē. vltimo v̄o puluericent̄ suꝑ illđ raued boni. i. reubarbari electi. ℥. ij. mira. citrinoꝝ. ℥. i. 5. chebuloruꝫ indoꝝ: añ. ℥. i. belericoꝝ emblicoꝝ: añ. ʒ. iiij. granoruꝫ fumiterre: troc. diarodon: macis: masticis: cubebe: spodij: sandali citrini: añ. ʒ. ij. 5. q̄tuor granatoꝝ: añ. ʒ. ij. 5. anisi. ʒ. iiij. spice. ʒ. ij. iuoluant̄ in oleo violato: ⁊ repone in vase vitreo: ⁊ da cū aq̄ frida: aut succo endiuie: aut succo solatri.

¶ Triphera di delicata: ⁊ ꝑsica di: q: apud ꝑsas iuēta fuit: vel dicitur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0024-9
DFG

vel dr̃ persica:q2 in illis partib⁹ vtunt̃ ipsa:sicut fit in nostris ptibus. Nicolaus florẽtinus in lib.5°.in cap.de debilitate stomachi inqt sic:⁊ medicamen psaꝝ ⁊ pro.i.tripbera psica eius descriptionẽ ipse Nicolus describit:sed non cõcordat cuȝ ista Mesue in simplicib⁹:nec in reliqs. ipse Nicolus hȝ mirabolanoꝝ indoꝝ assoꝝ cum butyro vaccino:nasturty ⁊c̃.sed ista dñi Mesue est nobilior illa.

❡ Solatrũ.s.succus ipsi⁹ herbe. Dia.de ipso q̃ttuor cap.fac̃ sub noie strignũ:⁊ dr̃ ꝙ p̃ma est hortulana:⁊ hec apd̃ nos dicit̃ herba morella vulgo. Alia spẽs est alchechingi dcm̃ cacabũ siue fiacho a vulgo. Alia dr̃ caballaris:vl' a latinis lunaria.⁊ ista est faba inersa:⁊ est altera dicta manicõ:aut perison ⁊c̃. Macer dicit. Herbã quã greci strignũ dixere latini Maureolã dicũt:vis ei⁹ frigida valde.s̃m Serap̃. solatrum est vua vulpis:aly vuã caninam vocant.

❡ Apy.s.succus ipsius. Isidorus in cap.de olerib⁹ ait. apiũ dictũ:ꝙ ex eo apex.i.caput antiquoꝝ triũphãtiũ coronabat̃. Hercules aũt hanc herbã p̃mus capiti circũtulit ⁊c̃. Auer.in qnto col̃.dicit.alcharfas:idest apium.

❡ Uiola.s.vsualis. Serap̃.cap.de violis dic̃:ꝙ flos ei⁹a ꝓpetate q̃ est i eo qñ bibit̃ cũ aq̃ ꝯfert sqnãtie ⁊ epilepsie:q̃ accidit pueris:⁊ ẽ illa quã vulgares noĩant mr̃eȝ pueroꝝ.

❡ Folliculus sene. Mẽsue de ipo loqt̃ i cap.de sene dicẽs. sene ẽ folliculus plãte:quã vocant pses halçemer:⁊ ei⁹ ortus est s̃m semitã orobi:⁊ inuenit̃ ex eo domestic⁹ ⁊ sylue. Electio:melior ps plãte ei⁹ est folliculus:deĩde folia:sȝ tñ in eis est vt⁹ debilis valde ⁊ melior folliculus est:c⁹ color tendit ad viriditatẽ ⁊ subnigredinẽ ⁊c̃. Miror ꝙ Aui.coutit̃ in multis casib⁹:⁊ nunq̃ȝ de ipso scripsit in 2° cañ. 2ᵐ circa instãs folia sola cõpetunt medicine:⁊ ponunt̃ in medicinis abiectis stipitibus:per decem annos seruatur.

❡ Pruna damascena apud oẽs auctores sunt magis laudata q̃ȝ alia pruna. Circa instans in cap.de prunis inquit. Pruna alia nigra alia rubea:que nigra sunt:⁊ aliquãtuluȝ dura:magna vocant:⁊ p̃cipue damascena:cuȝ matura sunt colligunt̃ ⁊ ponunt̃ in sole per decẽ dies:⁊ aspergunt̃ aceto:⁊ ita seruantur in aliquo vasculo per annum.

❡ Cuscute.i.podagra lini:eo ꝙ linuȝ necat. Serap̃.cap.de cuscute dicit:ꝙ i latino est thima:⁊ est herba inoluẽs eas:sic fila:sȝ in sũmitatib⁹ hȝ fructũ subtilẽ:⁊ ipse crescit i arborib⁹ ⁊ in vineis. Petrus de crescẽtijs dic̃.cuscute.i.podagra lini vel gringus:⁊ sic est ꝙ cuscute vulgo dr̃ gringus.

❡ Epithimũ s̃m circa instans est herba:precipue in locis calidis crescens.herba aũt ista ꝯuertit̃ circa thimũ.s.quãdã herbã:⁊ q flos ei⁹ est epithimũ qui sup thimũ crescẽs. flos aũt in medicinis ponit̃ ⁊ nõ herba:qñ ꝓducit flores colligit̃. Dia.aũt dicit:epithimũ flos est thimi simul timbre.i.saturegie. Mesue ait:laudat̃ illud qd̃ est subruffum:cretense acuti odoris:forma v̾o ipsius est filis cuscute.

❡ Grana fumiterre sunt semina ipsi⁹ fumiterre:s̃m Mesue est ex medicinis bñdictis:⁊ est ex eo alius:cui⁹ flos est subalbidus cineriti⁹:⁊ ali⁹ cui⁹ color est palens violaceus. Electio.melior est cui⁹ herba viridis tenera:⁊ cuius folia sunt plana ⁊ tenera:⁊ cui⁹ flos est violace⁹. Crispus v̾o nõ est bonus:⁊ meli⁹ tp̃s collectionis herbe eius ⁊ opationis succi ei⁹ est p̃nᵐ veris:⁊ seminis eius est finis ipsius veris.

❡ Quatuor granatorum aliqñ reperit̃ quatuor granorum ⁊ sunt quatuor semina cõmunia maiora frigida:⁊ sunt ꝓprie melonis:cucumeris:citruli:⁊ cucurbite.

❡ Citrulus ãt est q̃dã spẽs cucumeris:sȝ ẽ lõgior satis nr̃o. ei⁹ semẽ nigrũ.s.cortex ipsius:sȝ semina mũda sunt alba.

Confectio

electuary albarit̃:⁊ est electuarium boni saporis:nõ est in vsu. Simplicia v̾o que sunt declaranda declarabuntur.

❡ Nabeth s̃m modernos est çuccharꝝ candidũ. Matthe⁹ syluati.in l̃ra nabet dicit:ꝙ est candi. Preterea vide apud Leonardũ de ꝑda palea:in cap. eradicationis vestigioꝝ: qui inqt.anabet çuccharꝝ candidũ:⁊ sic hodie itelligimus per nabet çuccharum candidum:qd̃ satis est notum.

Confectio

electuary indi maioris. ℞.cinnamomi gariofiloꝝ:rosaꝝ.s. rubeaꝝ:cassie: macis:cypi:añ.ʒ.iiy.sandaloꝝ citrinoꝝ.ʒ.y.5.ligni aloes: nucis muscate:añ.ʒ.y.turbith boni albi:⁊ gũmosi:⁊ harũdinei.ʒ.50.çucchari ⁊ penidioꝝ:añ.ʒ.xx.galange heil:cardamomi:assari:masticis:añ.ʒ.i.5.scamonee bone ⁊ cocte in pomo.ʒ.xy.oĩa cum oleo amigdalino fricent̃.deinde recipe succi citonioꝝ ⁊ granatoꝝ:succi apy ⁊ feniculi:añ lib.5. deinde pone succos cuȝ melle dispumato ad spissitudinẽ conuenientem:⁊ confice cum speciebus ⁊ fiat.

❡ Istud electuariũ indi maioris apud nos est in vsu:⁊ maxime ista descriptio.veꝝ est ꝙ Mesue hȝ maiorẽ ⁊ minoreȝ:⁊ dr̃ ꝙ minor est aliqñ in intentione maioris.tñ qñ medicus ordinat electuariũ indum de maiore intelligit̃. Ille v̾o qui de nouo scripsit itĩtulatus lumẽ apothecariorum seu lumen fuscũ:dicit ꝙ qñ simpl'r scriptũ reperitur electuariũ indum:de minori est itelligendũ:qd̃ nõ credit̃: sicut est notũ apud medicos ⁊ apothecarios peritos.

❡ Penidy.i.lenis cõfectio. Serap̃.cap.de çuccha.inqt penidy sunt calidi ⁊ humidi in p̊ gradu maxime albi:⁊ sunt grossiores çuccharo. Liber qui dr̃ Albucasis in trac.2° docet modũ faciẽdi penidios. Nã inqt penidy fiũt ex melle:⁊ ex puluere çucchari bono albo ⁊ mũdo:⁊ postea seqt̃ modus ipsius:qui satis est notus aromatarijs. Etiaȝ circa instans docet modũ ipsius cõpletuȝ:sicut fiunt apud nos. Idem docet Joãnes anglicus in libro 5° q̃si in fine dicẽs. Nicolaus ponit diapenidion:de quo infra. Heil.i.cardamomũ maius:sicut dictũ est:veꝝ illud lumen malelucẽs sup istum passuȝ dicit:heil.i.cardamomũ maius:⁊ post sequit̃ dicens:cardamomũ:scȝ minus.i.melegeta:qd̃ falsuȝ est.nã ipse in cõfectione de cinnamomo dicit:heil.i.cardamomũ minus:⁊ in ista dic̃ ꝙ est maius:q2 sibypsi ꝯdicit.

❡ Scamonea bona ⁊ cocta in pomo.s.in citonio:⁊ tũc appellat̃ diagrediũ siue scamonea ꝑparata. Joãnes angli.in cap.de fluxu vẽtris ait.post assumptionẽ pillulaꝝ acutaꝝ cũ diagridio vl' esula:vel collogntida:tñ diagridiũ est magis familiare:⁊ ideo dr̃ in versib⁹. Si vis subsidiũ ꝓ fluxũ ventris hic:Sume diagridiũ:nec oportet plus adhibere. Et capiat̃ in citonio vl' in pomo cocto:⁊ si arguit̃ collogntida nõ debet multũ cõteri. Dias.in cap.de scamonea ait. eligẽda est scamonea:q̃ cũ lingua tacta est ab ipsa alba efficit̃:multi v̾o succũ titimali cõmiscent ei:sed intelligit̃ ꝙ linguã exasperat ⁊ exardescit:nascit̃ aũt in india ⁊ in siria diagrediũ:sȝ graue ⁊ spissuȝ.s.diagrediũ:qd̃ ipsi adulterãt ꝑmiscẽt titimalũ ⁊ polines herbi:liber q dr̃ Albucasis docet modũ extrahẽdi lac scamonee:⁊ coquẽdi ⁊ preparãdi:eius malitiã auferẽdi:qdaȝ apothecarioꝝ ꝑparant ipsam cũ vino citonioꝝ posito i vesica porci circũuoluta:⁊ sepeliunt cũ pasta:⁊ ponũt in furno tantũ ꝙ sit cocta pasta:postea extrahũt:⁊ sic vtunt̃ ea:sed ego dico ꝙ melius est coquere in citonio:vt est notũ apud nobiles apothecarios.

❡ Granatũ malluȝ s̃m Isidoꝝ in cap.de proprijs noĩbus arboꝝ inqt:mallũ granatũ dr̃:eo ꝙ intra corticis rotunditatem granoꝝ cõtineat multitudinẽ.arbor aũt malli granati est generis feminini:pomũ v̾o neutri generis:vñ dr̃. Mallus malla creat:sed gestat garbasa malus.

Electuarium

indum minus habens intẽtioneȝ maioris. ℞.turbith.ʒ.vi.çucchari tantundẽ:macis:piperis:scilicet nigri çinçiberis:gariofilorum:cinnamomi:heil: nucis muscate:añ.ʒ.vy.scamonee.ʒ.xy.confice cum melle dispumato.

¶ Istud electuariū dr̄ minus: q͛ pauciora simplicia ingrediunt̄ q̄ȝ in maiori: ſm intētione Mesue minorē hn̄s itētionē maioris: tn̄ regl'a est a nobilib⁹ apothecarijs: ꝙ mai⁹ est magis in vsu q̄ȝ minus. Et qn̄ simpl'r medicus ordinat electuariū indū de maiori debem⁹ itelligē: ꝛ sic de electuario hamech: ꝛ sic de singulis: simplicia sunt supra decl'ata.

Cōfectio de dactylis: ꝛ est diafinicon. ℞. dactyloꝝ hairō īfusoꝝ in aceto trib⁹ dieb⁹ ꝛ noctib⁹ ʒ.50. penidioꝝ sibari. ʒ. xxv. amig. mūdataꝝ. ʒ. xv. turbith ʒ. xviij. scamonee. ʒ. xi. çinçiberis: pipis lōgi: folioꝝ ruthe siccoꝝ: cinamomi: maçq: ligni aloes: anisi: feniculi: dauci. i. semis pastinace syluestris: galange: an̄. ʒ. i. ꝛ gr̄. xv. ꝛ fiat de oib⁹ ꝯtritio bona: ꝛ ꝯfice cū melle dispumato q̄ͭtū suffic̄.

¶ Diafinicon aūt dr̄ a dia: qḋ est ꝯfectio: ꝛ fenicon vel fenichiō grece. i. dactylus: ide ꝯfectio de dactylis. i. diafinicō: vt dicit Mesue: idē in cap. de turbith ait: ingt Joānitius dactyloꝝ infusoꝝ in aceto die ac nocte ptes centū ꝛc̄. hoc videt̄ habere silitudo diafiniconis. Auicē. in qnto can̄. hȝ tres descriptiones: sed nō cōcordant cuȝ illa Mesue: nec fiunt ſm ipsum: ista ṽo Mesue est illa q̄ vtimur: hoc antidotum ſm intentionē Mesue est medicina securitatis.

¶ Dactylus ſm Jsido. dr̄ a silitudine digitoꝝ: nā sic nūcupati sunt: quoꝝ ēt coꝝ noīa variant̄: nā alij appellant̄ palmemule silēs mirabolanis. alij thebaci q̄ sūt Nicolai. alij mucales: q̄s greci cariatos vocāt. Circa istās dic̄: oxiphenicis. i. phenicon indi vł dactyli. Petrus de crescētijs dic̄: palma est arbor ferens dactylos. Simil'r ait Auic. in cap̄. de palma ꝛc̄. satis noti sunt. Pli. in vno loco ingt: palma q̄ fert mirabolanū probatissima in egypto ossa non habet.

¶ Cheiron vel hairon ſm Mattheū syluaticū est regio in qua anthonomasice dactyli abūdāt: ꝛ oriunt̄ in ea meliores ꝛ pinguiores ꝛ dulciores oibus alijs aliaꝝ regionum: ꝛ sunt mediocris figure non longi: neqȝ multum parui: pingues satis ꝛ dulcissimi: ꝛ meliores ex eis sunt citrini ꝛ rubei. Mattheus ibi ingt. istud vocabulū ponit̄ in antidotario. Mesue in el'io de dactylis: ꝛ ēt in loch de pino ꝛc̄.

¶ Rotab ſm Mattheū syluaticū: ꝛ ſm Simonē Jamūensem ꝛ Serap̄. sunt dactyli: sed miror ꝙ Rasis in 3° Almāsoris: in cap̄. de ṽtutib⁹ fructuū ꝛ pomoꝝ ingt. rotab min⁹ calidi sunt q̄ȝ dactyli: ergo rotab nō sunt dactyli: sed maiores habent opionē: ꝙ rotab apud arabes sunt dactyli.

¶ Penidij ſm Aui. nā calidi sunt ꝛ humidi in p̄mo: ꝛ proprie albi ꝛ sunt humidiores alijs. Mesue ingt. penidioꝝ sibari. i. penidij q̄ fiunt ex çucharo dissoluto in aqua decoctionis ordei. vȝ. in aq̄ cōi: sibari vel sibar apud arabes est ordeū: naȝ vide Serap̄. in cap̄. de ordeo q̄ dic̄ sabair. i. ordeū: sil'r dicit Nicolaus in suis synonymis.

¶ Amigdalaꝝ mūdataꝝ. s. a corticib⁹ suis. Mesue hȝ amigdalaꝝ: sȝ nō specificat si debent eē dulces vel amare: ſm Petrū de crescētijs debent eē amare: ēt ſm Simonē Ja. amigdala dulcis esui ꝯuenit: amara medicine est aptior.

¶ Mesue in hac ꝯfectione ingt: mellis quātū sufficit. Ḃ notū est ab aromatarijs expertis: ille ṽo q̄ de nouo scripsit intitulatus lumē apothecarioꝝ ingt: mellis collati ꝛ dispumati: lib. i. ꝛ. ℥. i. ſ. qḋ nō est credēdū: ꝙ si feceris diaphinicō cōpletū: vt hȝ Mesue: dico ꝙ ingrediunt̄ ad minus lib. iij. mellis dispumati ꝛ colati: idē ēt errauit in dosi scamonee.

¶ Cineris scorpionis. spēs aūt scorpionis multe sunt: vt dictū est: sed ille q̄ nobis vsui veniūt sunt ille q̄ note sunt oibus de modo cōuertēdi ipsos in cinerē sunt difficiles. ipse Auic. in pprio cap. docet de mō ipsius. etiā in 5° cañ. in tractatu 6° de vētre iferiore debilitas stōchi. h3 etiaz liber q di Albucasiz: docet etiā. modus iste est. Accipiāt̄ scorpiones vivi in quātitate quā volueris: ⁊ pone ipsos in olla noua mūda: ⁊ liniat̄ olla ex massa tritici: siue cū pasta: siue cū luto sapiētie. deide ponat̄ olla i furno panis calo: ⁊ dimittat̄ ibi die ac nocte. deide extrahat̄: ⁊ cinerē ipsoꝝ hēbis.

¶ Cineris radicuz cauli nabati. i. de illa regione. vñ caules nabatij sunt caules orietales que iacent iter iudeaz ⁊ arabiā. ⁊ sic Aui. vult q̄ per caulē nabatij itelligamus de illis q nascunt̄ in illis regionib⁹. vñ Jo. Serap. in suo breuiario. in cap. de distillatione vrine ⁊ lapide ingt. in quodam medicamine vt istud: ⁊ ibi h3 caules nabatij vel armenij: ⁊ sic est q̄ per caules nabatij vel armenij itelligēdū est de illis regionib⁹: s3 lumē malelucēs putat q̄ sint caules non trāsplātati: qd̄ nō est credēdū. Scias pro certo q̄ in tēpore antiquo pdicti caules nō reperiebant̄ in nr̄is partibus: sed moderni detulerunt ipsos ad nos: ⁊ sic hodie in ptib⁹ nr̄is reperiunt̄. fortiores sunt i illa materia q̄ nostri. ⁊ forma ipsi⁹ est q̄ habent stipitē longū duoꝝ brachioꝝ. aliqn̄ aūt minorē s̄m diuersa loca in q̄b⁹ nascunt̄. in stipite ipsi⁹ nascit̄ quedā res ad similitudinem rape portulane. nostri seminant ⁊ recolligunt: modus conuertendi ipsas radices in cinere est: q̄ accipias radices ipsius: ⁊ mūda ipsas a terra ⁊ sordibus eaꝝ: deinde incidant̄ minutim: ⁊ ponantur in olla: ⁊ cooperiat̄ olla coopertorio pforato: ita vt fumus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0059-8
DFG

possit exire: ⁊ ponaꝛ olla in furno panis calido: ⁊ dimittaꝛ
per diez. sero v° remoueaꝛ: ⁊ repies ꝙ dicte radices fient
ad siltitudinē carbonū. post h̄ p̄dictos carbones tere bñ: ⁊
in alia olla parua repone ⁊ cooperi ipsaꝫ totā: ⁊ iteꝝ pone
in furno ⁊ dimitte tātū ꝙ p̄dicti carbones in cinerē albū
efficianꝛ: ⁊ de illa cinere pone in p̄dicto electuario.

Cineris leporis. s. leporis qui māducaꝛ. seruitor in trac.
3° inqt. forma cōburendi leporē pro illo qui hꝫ lapidē. ℞.
ergo leporē ⁊ decolla: ⁊ pone in olla noua cum suo corio ⁊
aliis: ⁊ cōbure donec fiat cinis: deinde tere cinerē ⁊ vtere
vbi opꝫ. Joā. anglicus in cap. de lapide renū inqt. item le/
pus vnus iteger ponaꝛ in olla in furno calˀo quousqꝫ asseꝛ
intantū ꝙ possit puluerigari: ⁊ tunc de isto detur. ʒ. i. ⁊c̄.

Lapis spōgie adherens: nō ois q in cauernis spōgie in/
uenit: sed ꝓprie cui nālr adherebat in saxo dum viueret
⁊ est asper ⁊ durus valde. Serap. cap. de spōgie inqt. ⁊ la/
pis iuētus in spōgia hꝫ v̄tutē q̄ desiccat: ⁊ cōtingit ex v̄tu/
te eius ꝙ frāgit lapidē gñatū in vesica: sic dixerūt. Auicē.
de ipsa cap. fac. ⁊ dic̄. ꝙ est lapis inuētus in corpe spōgie.

Sanguis hirci exiccati ⁊ etiā preparati: vt onndā. hircus
v° s̄m Isidoꝝ in cap. de pecoribus ⁊ iumētis inqt. hircus
lasciuū aial est petulcū ⁊ feruens semp ad coitū: cuius ocu
li ob libidinē in transuersuꝫ aspiciunt. vñ ⁊ nomē traxit.
nam hirci sunt oculoꝝ anguli s̄m Suetoniū: vt Uirgi. in
bucolicis. Transuersa tuentibꝰ hircis. cuius nā adeo cali/
dissima est vt adamātez lapidē: quē nec ignis nec ferri do
mare valet materia: solus huius cruor dissoluat. maiores
hirci cinifi dicunꝛ. A fluuio. cinife in libya vbi grādes na/
scunꝛ. o quātū est magnificata v̄tus sanguis hirci in predi
cta egritudine: est tam magnificata ⁊ in tāta nobilitate: ꝙ
apud Auic. noiaꝛ manus dei: ꝑꝑ suā nobilitatē ⁊ est medi/
camen thesaurigatū de regimine ipsius potu cā ꝑparandi
ipsum sanguinē ⁊ exiccādi. ipse v° Auic. in p̄dicto cap. do/
cet modū exiccādi ipm: sed de mō cibādi nō loqtur. Rai/
naldus de villa noua in libro 2° in cap. de vitio lapidis in
renibꝰ ⁊ vesica clare loqꝛ dicēs. sanguis hirci nutrici per
xv. dies vel. xxx. ex frōdibꝰ herede vel saxifragie in diebꝰ
canicularibꝰ iterfecti exiccatꝰ ⁊ puluerigatꝰ. postea iteruꝫ
inqt. sanguis hirci i diebꝰ canicularibꝰ iterfecti ꝑus p. xxx.
dies: cū frōdibꝰ hedere vel saxifragie nutriti: ⁊ sic faciunt
qdā. Aliośvt reperiꝛ apud Hordoniū dictū liliū medicine
in cap. de dolore renū periodali: ꝑꝑ eoꝝ oppilationez vbi
ait. vsus tro. sanguis hirci per se curat. ℞. igiꝛ hircū anti/
quū: ⁊ nutriaꝛ ordeo feniculo: petrosellino: pimpinella: sa/
xifragia: milio solis: herbena: filipēdula: ⁊ silibꝰ diureticis
⁊ post lōgū tēpus huiꝰ acceptionis decolleꝛ: ⁊ ꝑmꝰ sanguis
⁊ vltimus abyciaꝛ: ⁊ medius reserueꝛ: ⁊ fiāt trocisci: ⁊ de/
siccenꝛ in vmbra in loco sicco nō vētoso: ⁊ vngaꝛ cū balsa
mo. Joā. Arculus in cap. de lapide renum. inquit. sanguis
hirci ꝑparatus s̄m artē est fortis. ⁊ modus ꝑparationis est
vt eligaꝛ hircus q̄tuor annoꝝ: aut circa rubeꝰ: ⁊ nutriaꝛ ꝑ
mēsez ex herbis ⁊ graminibꝰ ꝓprys in h̄ cap. ⁊ sūt hec be/
tonica: pentaphilon: capillus veneris: grana solis: saxifra/
gia: scolopēdria: hedera ēt valet petrosellinū: apiū: fenicu/
lus ⁊ silsa: in potu dabis vinū albū bonū odoriferꝝ claꝝ ⁊
subtile: ⁊ post iuguleꝛ de mēse augusti: ⁊ extrahaꝛ sāguis:
cuiꝰ ꝑmus abyciaꝛ ⁊ postremus. mediꝰ v° reserueꝛ: ⁊ fiat
eiꝰ ꝑparatio bona. Nicolaus florētinꝰ in lib° 5°. in cap. de
cura lapidis per potionē inqt. hircus qdē melior est q su/
miꝛ in hora in q̄ coloraꝛ vua. s. de mēse Augusti: qꝛ tc̄ san/
guis est acutior. quere ḡ ollā lapideā: qꝛ est melior: ⁊ hircꝰ
sit q̄tuor annoꝝ: modū v° exiccandi quere ab aliys.

Cineris corticū ouoꝝ: de quo pullus egressus est: hoc est
qñ fily sui nascunꝛ. modus cōuertēdi ipsos in cinerez est
difficilis. opꝫ enim ꝙ accipiaꝛ cortex ouoꝝ: a quo pullus
egressus fuerit ⁊ teraꝛ bene: deinde ponaꝛ in olla noua: ⁊
obtureꝛ os eius: ⁊ ponaꝛ in furno: ⁊ dimittaꝛ ꝑ diē vnū si
sint cinerate bñ bonū est: sinaūt ponaꝛ iteꝝ in furno: ⁊ ibi
dimittaꝛ vsqꝫ ꝙ sint bñ icinerate: ⁊ qñ fuerint ad suū ter/
minū: ꝙ color eoꝝ sit albus extrahanꝛ: ⁊ vtere vbi opꝫ.

Lapis iudaicus dr: qꝛ in terris iudeoꝝ inueniꝛ. Auic. in
2° cañ. dicit. ꝙ est lapis sic̄ nux parua ad lōgitudinē paucā
declinās ꝓximus figure amigdale: aut dactyli ⁊c̄. O q̄ta
v̄tus est in isto lapide ꝯ lapidē renū: extrahit eniꝫ ipsuꝫ.

Gūmi v° nucis s̄m q̄sdā est fungus: q repiꝛ sup arbores
diuersas. huiꝰ color est ad siltitudinē spōgie: sed non recte
sentiunt: qꝛ illa res vocaꝛ narcotica nucis: gūmi v° nucis
s̄m veritatē est gūmi: qd̄ repiꝛ sup arbores ferētes nuces:
sꝫ in ꝑtibꝰ nr̄is nō repiunꝛ. Ego aūt vidi p̄dictū gūmi: qd̄
i colore ē silis colori myrre grosse: sꝫ odorē nō hꝫ: deferꝛ
de apulia ad nos: ⁊ in illis ꝑtibꝰ inueniꝛ. Auicē. dic̄. ꝙ dosis
istiꝰ electuary sit vsqꝫ ad auꝛ. ij. i. ʒ. iij. ⁊ supra cū aq̄ tribu/
loꝝ decoctoꝝ. s. tribuloꝝ marinoꝝ q̄s ipse in 2° vocat ha/
secb: ⁊ sunt q noiant ipsos vulgo castaneolos lacus.

Electuarium de margaritis in 21° terty. i cap. de
regimine vl̄i ꝑgnātis. ℞. margari
taꝝ nō ꝑforataꝝ: piretri añ. ʒ. iꝫ. ingibe. masticis añ. ʒ. iiij.
gedoarie: doronici: seis apy: tapsie: cardamomi: nucis mu/
scate: macis: cinami añ. ʒ. ij. heen albi ⁊ [illegible] pipis: ⁊ ma/
cropipis añ. ʒ. iij. cinamomi. ʒ. v. guccharꝛ [illegible] quātuꝫ
oia: ⁊ fiat electuariū: cuius dosis sit coclearíū vnum.

Istud electuariuꝫ apud nos est in vsu. ⁊ valet mirabilr
ad ea q̄ dic̄ Auic. supra i tractatu Nicolai. Est alia descri/
ptio q̄ dr a duobꝰ generibꝰ margaritaꝝ. s. ꝑforataꝝ ⁊ non
ꝑforataꝝ: tñ Aui. in sua descriptiōe nō hꝫ nisi nō ꝑforata/
rū: ⁊ sunt q faciūt s̄m descriptionē Nicolai: ⁊ sunt q faciūt
s̄m descriptionē Aui. s̄m volūtatez medicoꝝ: ⁊ ambe de/
scriptiōes apd̄ diuites apothecarios repiunꝛ. Joā. Sera.
in suo breuiario in cap. de mulieribꝰ q̄lr significeꝛ ꝙ ipse
sint ꝑgnātes: hꝫ vnā aliā descriptionē: que q̄si eadē est.

Margarita lapis est. Isid. in cap. de lap. ꝑciosis cādidis
dicit. margarita ꝑꝰ candidaꝝ gēmaꝝ quā inde margaritā
aiunt vocatā: ꝙ in conculis marinis hoc genus lapidū in/
ueniaꝛ. inest eniꝫ in carne cochlee calculus natus: sic̄ i car/
ne ostree ꝑciosissima margarita repiri dr: vel sicut in cere
bro piscis lapillus gigniꝛ: ⁊ meliores sunt cādide ⁊ albe.

Tapsia quā arabes corrute dicūt teffisie: vt dcm̄ fuit in
cōfectione anacardina q̄ cōfert egritudinibꝰ neruoꝝ.

Cinami. i. cinamomi grossi: ⁊ alio noie darsani vocaꝛ vt
dictuꝫ est: tamen ꝓpter ignorātiam aliqui apothecary ali/
quādo ponūt in isto electuario loco cinami ciminū: sed nō
recte: qꝛ sp̄ēs cinamomi sunt multe: vt pꝫ ꝑ Dia. ⁊ Serap.
nā Serap. ait. inueniꝛ alia sp̄ēs cinnamomi q̄ dr vasoth: ⁊
est cinamū: ⁊ est grosse plāte nō hn̄s fortē odorē: ⁊ est de/
bilis v̄tutis. etiā Pli. inqt. cinamomū ⁊ cinamuꝫ nasciꝛ in
ethiopia: ⁊ ꝯsidereꝛ bene ꝙ cinamū ⁊ cinamomū idē sūt.
Rasis ēt in 3° Almāsoris in fine cap. 17. inqt. cinamū cin/
namomo vicinū existit: lꝫ eo sit debiliꝰ. ignorātia v° apo/
thecarioꝝ est: qꝛ in isto electuario igrediꝛ cinamū ⁊ cina/
momū: ex quo videnꝛ diuersificari: veꝝ per ꝑmū itelligi/
mus cinnamomū grossuꝫ: ⁊ per 2ᵐ cinnamomū finum.

Zuccharꝝ sulimenum. i. illius regionis: vt dicit Hēilis.
nos loco eius ponimus guccharꝝ tabarget. i. album. Joan.
Serap. loco eius habet guccharꝝ mundum.

Confectio de medullis in 20ᵃ terty. in cap. de me/
dicinis singularibus ad coitū. ℞. amig/
dalaꝝ excorticataꝝ: fisticoꝝ: neregil excorticatoꝝ contri/
toꝝ: ⁊ amigdalarum pini: ⁊ granoꝝ alcheichil: ⁊ sunt gra/
nata syluestria: ⁊ granoꝝ agelem: ⁊ granoꝝ viridium. i. se/
minum arboris hotim: cuius gūmi est terebentina partes
equales:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0060-9

equales:neremisch:piperis longi:çinçiberis:omnium aā. partes.x.ꝛ plus parū:terant̄ oīa ꝛ cōficiant̄ cum penidys: de quo sumat̄ omni die quātū est ouum vnum.

¶ Ista cōfectio nō est in vsu:sed ideo eā descripsi:vt osten derē ꝙ cōfectio de medullis:apud Aui.ē eadē cū electua rio de nucleis fructuū:apud Rasim:vt dictū est:nec diffe runt:nisi qꝛ Aui.loco auellanarū posuit fisticos.

¶ Neregil.i.nux indica:vt dicit Aui.in cap̄.de nuce indica: ꝛ sic esse credo:qꝛ Rasis loco eius hꝫ nucē indicam.

¶ Grana açelem:ſm ipm in scho dicit̄ piper nigrū:sed nō itelligim⁹ de vero pipere nigro:sꝫ de alia re simili:de qua superius ostensum fuit clare quid sit.

¶ Neremisch.i.rosa asinoꝝ siue peonia. Ras̄ loco eius hꝫ semē peonie:qđ idē est.vide supra: qꝛ diffuse declaratū ē.

Medicamen de marchisita in 4° cañ.in fen 3ª.i caº de cura eruptionis exiturarū.

℞.lapidis marchasite.ʒ.xij.armoniaci tātūdeꝫ farine fa barū.ʒ.vi.misceant̄ cū rasina būida ꝛ liniat̄ sup̄ cutē ꝛ po nat̄ sup̄ saniē donec cadat p̄ se:ꝛ opꝫ vt administret̄ statim.

¶ Istud medicamē repit̄:ēt apud Frācisc͞u de pedemō.in caº de appropriatis apatū ſm diuersitatē mēbroꝝ: in qb⁹ fiunt:sꝫ est ex auctē Auicē.qꝛ idē sunt. Lapis marchasita apud Dia.vocat̄ pirrites ex quo eramē fit:eligēdus est co lorē eramis hn̄s.ꝛ ibi Dia.tradit modū cōburēdi ipꝫ.Aui. ait.vocat̄ marchasita:ꝛ dr̄ ꝙ sūt pluriū spērū.alia eniꝫ est aurea:ꝛ alia argentea:ꝛ alia erea:ꝛ alia ferrea:ꝛ sunt q no mināt eā lapidē luminis p̄p̄ iuuamētū qđ visui affert:pir rites vō dr̄ a pir qđ est ignis:qꝛ p̄cussus ferro ignē emittit. Mesue de ipsa loquitur in caplo de lapide stellato.

¶ De trib⁹ gn̄ib⁹ ꝯfectionū ſm Anto.guaineriū Papiēseꝫ.

Confectio mixture cordialis in ca. 6° de signis tā p̄nosticis q̄ȝ demr̄atiuis febris pestilētialis ꝛ ei⁹ cu ra.℞.cōserue rosatū buglossati boraginis ꝛ violati aā.ʒ.5.cōserue.florū nenufar.ʒ.ij. manuschri cū p̄lis lib.5.fragmētoꝝ oīum p̄ciosoꝝ.ʒ.ij.margaritaꝝ subtil'r tritarū.ʒ. 5.folioꝝ auri numero.xvi.fiat mixtura deaurata:de qua sepe comedat ꝛ de ea bibat cū aq̄ çucchari si libuerit.

¶ Hec cōfectio apud nos nō est in vsu:ſm illā descriptio nē.illa vō qua gn̄al'r vtimur est magr̄alis:ꝛ nō est eadeꝫ:sꝫ pro nobilib⁹:ista est nobilior illa:sicut infra apparebit.

¶ Cōserua rosata.i.ex rosis: ꝛ vocat̄ çuccharum rosatum: ꝛ fit ex tribus partibus çucchari:ꝛ vna rosarum.

¶ Buglossatū siue diabuglossatū.i.cōserua que fit ex flori bus lingue bouine:ꝛ modus eius est sicut rosarum.

¶ Boraginatū siue diaboraginatum.i.conserua que fit ex floribus boraginis:ꝛ modus ipsius fit sicut rosarum.

¶ Violatū siue çuccharū violatuꝫ.i.cōserua violaꝝ qđ ex floribus fit:ꝛ modus eius est sicut rosarum.

¶ Cōserua florū nenufaris.i.ex floribus nenufaris:ꝛ voca tur çuccharū nenufarinū:ꝛ modus eius est sicut rosaꝝ.

¶ Fragmētoꝝ oīum p̄ciosoꝝ ſm generalē regulā sciēduꝫ est ꝙ per fragmēta p̄ciosa itelligunt̄ qnq; genera lapiduꝫ p̄ciosoꝝ:ꝛ sunt p̄prie illa que Mesue in electuario de gē mis noiat:ꝛ sunt çaphyri:hyacinti sardinis:granate feruçe gi.i.smaragdi:ꝛ de oībus istis ostēsum fuit supra.

Confectio manuschri cū perlis in caplo 4° de cu ra quartane a melancholia sanguinea prouenientis.℞.margaritarū splendidarum tritarū sub tilissime.ʒ.5.çucchari in aqua rosata dissoluti lib.5.ꝛ fiat decoctio in plata:ꝛ vsui reseruetur.

¶ Hec descriptio istius cōfectionis que vocat̄ manuschri cū perlis est descriptio pro nobilib⁹:qꝛ cōsuetudo apothe carioꝝ est facere manuschri sine perlis:sꝫ loco eius ponūt puluerē cordialē:aliqn̄ fragmēta ſm necessitatē:ꝛ pn̄t fie ri cū aqua ros̄.tūc vocant̄ manuschri rosate:fiunt ēt cum aqua violaꝝ:tunc vocant̄ manuschri violate:fiunt etiā cū aqua buglosse:tūc vocāt̄ manuschri buglossate:aliqn̄ fiūt cū aqua capilloꝝ veneris ſm diuersas ifirmitates: ꝛ eius forma est ad modum rotule:ꝛ id est satis notum.

Confectio diacoralli.in caº8° de signis ꝛ cura cau sonidis.℞.coralloꝝ rubeoꝝ.ʒ.ij.çuc chari lib.5.dissolue çuccharum in aqua ros̄.in qua in ifu sione steterit.ʒ.i.sandaloꝝ machaçari.i.citrini:ꝛ.ǧ.iij.cā phore:ꝛ istoꝝ forti facta expressione in illa aqua çucchaꝝ dissoluatur:ꝛ fiat confectio in morsellis.

¶ Hec confectio apud nos non est in vsu. Nicolaus in suo antidotario describit troc̄.diacoralli qui ingrediunt̄ in ty riaca Gal̄.sed non sunt idem:de quo infra.

¶ Corallus rube⁹ est nobilior albo:ꝛ alb⁹ nigro:rube⁹ autē ꝯfert oīb⁹ egritudinib⁹ stōchi si suspēdat̄ sup̄ ipm direct⁹. vn̄ Gal̄.inqt.ego exp̄tus fui ipm:ꝛ suspēdi ipm in collo ei⁹ q hēbat dolorē stōchi:ita vt eēt corallus sup̄ os stōchi:ꝛ re mot⁹ fuit dolor:cū ergo accepi ipm redyt:sicut exp̄tus fui lignū crucis in habēte epilepsiaꝫ:ꝛ q suspēderit i collo suo in dieb⁹ sanitatis sue corallū rubeum securus erit a dolore stōchi:ꝛ p̄pter h̄ mulieres appēdunt eū in collis puerorū. Busadū aūt scripsit Stephanus pro bassed:qđ ē corallus.

¶ De electuarys ac confectionibus ſm Joānēꝫ anglicum: que alio nomine rosa anglica nominatur.

ELectuarium de caulib⁹ in cap̄. de cura lepre.℞. succi cauliū lib.i.bulliat ꝛ exprimat̄:croci ʒ.iij.panis çucchari: ꝛ mellis aā.lib.5.fiat electuariū cum leui decoctione.

¶ Istud eliuꝫ apđ nos nō ē valde in vsu: tn̄ reperit̄ apud aliquos apothecarios.

¶ Caulis ſm Auic.alius est domesticus:ꝛ alius syluestris: ꝛ alius marinus:ꝛ alius caulis aque.Caulis vō apud Dia. vocatur brassica.vnde Macer.

Caulis romana grecoꝝ brassica lingua.

Agrestis apud quosdā putat̄ ꝯdisi:sꝫ nō est:canabit ēt est spēs caulis:ꝛ est caulis dictus capucius: vel caulis capita tus:vel iperialis.Petr⁹ de crescētys dicit.gābusy sunt de nā cauliū:ꝛ hn̄t formā cauliū donec clausi fuerit:sꝫ postq̄ȝ clausa sunt folia ipsoꝝ fiunt q̄si alba ꝛ grossa: sicut tunice cepaꝝ ꝛ crispa ꝛc̄.ēt Serap̄.in caº de caule de canabit loq tur.Simon Januēsis dicit:ꝙ Aui.de canabit singulare fa cit cap̄.qđ nō reperit̄.verū est ꝙ Auic.in cap̄.de caule.de canabit loquit̄.Joā.arculanus.in caplo de epilepsia dicit. canabit que est caulis imperialis.s.capuciū carnebum scri psit Stephanus pro corno:qđ est caulis.

Confectio diagarici optimi.in caº de veruca i ocu lis ꝛ cura a nobis.℞.agarici boni al.le uis ꝛ pulueriçabilis.ʒ.5.turbith çinçi.aā.ʒ.ij.nucis musca. auellanaꝝ.ʒ.iij.misce ꝛ cū çuccharo lib.5.fiat cōfectio.

¶ Hec confectio apud nos non est in vsu:sed virtus agari ci est magnificata apud nostros auctores.

¶ Agaricus ſm Mesue est ex medicinis magni iuuamen ti:cuius ortus est secus arbores magnas qb⁹ iaꝫ accidit cor rosio ꝛ putrefactio:ꝛ eius gn̄atio est sicut gn̄atio fungoꝝ:ꝛ p̄pter id vocat̄ a multis fungus abietis. Gal̄.in libro ad partenianū inqt.agaricus ab arboribus excrescit p̄ut tu bera.i.fungus dictus teratur apud lombardos.

Electuarium diacubebe.in caº de hydropisi in cura gn̄ali.℞.sanda.oīum.s.albi ru.ꝛ ci.aā.ʒ.ij.spo.rasu.eboris aā.ʒ.i.5.oçimi.s.gariofilati cubebarum aā.ʒ.5.vel.ʒ.iij.si sit caliditas multa.quatuor seminū frigidoꝝ mundatoꝝ aā.ʒ.ij.seminis endiuie por

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0061-5
DFG

tulace añ.ʒ.i.ligni aloes:nucis muscate añ.ʒ.ß.çuccbari libre.i.⁊ dissoluantur cum decoctione endiuie:vel cuȝ aqua endiuie ⁊ vtatur mane:⁊ est expertum.

¶ Istud electuarium in Papia nõ est in vsu:sed in Mediolano vtunt̃ ipso:ȝ nõ faciũt ipm̃ ꝫm descriptionẽ Joãnis anglici:sed illa descriptio qua vtunt̃ repit̃ apud thesaurũ pauperũ:sicut ĩfra apparebit:tñ iter ipsas est parua differẽtia.

¶ Cubebe siue cubebe:⁊ nõ cubeçe: qꝛ cubeçe apud Aui.ẽ malua vel spẽs ei⁹.Serap̃.in ca° de cubebe ait.ego postꝙ̃ aggregaui Dias.⁊ Galenũ sup oẽm herbã inueni ꝙ Galenus nõ memorauit myrtũ agrestẽ: ⁊ Dias.nõ memorauit cubebas:⁊ vidi ꝙ descriptio Dias.super myrtũ agrestẽ: ⁊ descriptio Gale.super cubebas idem sunt.

¶ Cubebe.Diasc.myrta agria ⁊ est myrtus syluestris: siue myrtus alba:vt dicũt moderni:⁊ ꝫm Mattheũ syluaticũ est abzongi.Stephanus vocat ipsum carpision.

Confectio alia diacubebe ꝫm thesaurum pauperuȝ in capitulo de hydropisi de frigida causa.℞.omnium sandalorum añ.ʒ.ij.spody:rasure eboris añ.ʒ.i.cubebe.ʒ.iiij.seminum cõmuniũ frigidoruȝ añ.ʒ.i.ß.seminis endiuie ⁊ portulace añ.ʒ.i.çuccbari lib.i.fiat cum decoctione endiuie:⁊ fiat electuarium.

¶ Ista descriptio thesauri est illa qua vtunt̃ Mediolanẽses:tñ(vt dictuȝ est)iter ipsas est pua dr̃ia.Gilibertus de anglia.in capl̃o de cura speciei:hȝ vnã aliam descriptionem que valet ad ea que dialaca:sed non est eadem.

Dianasturtium ꝫm Joã.angli.in ca° de sterilitate.℞.ꝯsolide maioris ⁊ minoris añ.M.i.coralli albi ⁊ rubei:sandaloꝝ alboꝝ ⁊ rub.añ.ʒ.i.rosaꝝ.ʒ.iij.spody:gariofiloꝝ:margaritaꝝ itegrarũ añ.ʒ.i.charabe.ʒ.ij.semis nasturty agrestis.ʒ.ß.radicũ sanguinarie pimpinelle:paritarie añ.ʒ.i.çuccbarini alexãdrini lib.ij.fiat electuariũ:qꝛ tñ illud foret magnũ de consolida ponat̃.ʒ.ß.⁊ de alys ꝓportionaliter diminuat̃:ita ꝙ ad ʒ.i.pulueris ponat̃ lib.i.çuccbari vel mellis: ⁊ voco illud dianasturtiũ qd̃ valet in omni fluxu sanguinis mẽstruoꝝ ⁊ hemorroidarũ ⁊ ventris:⁊ est mihi valde speciale.

¶ Istud antidotum apud nos nõ est in vsu:ꝫm autem cõpositorem valet mirabiliter in illa materia.

¶ Nasturtiũ aũt herba est satis nota maxime domesticuȝ. Hic Joãnes anglicus seu cõpositoꝛ hȝ nasturtiuȝ agreste: qd̃ nasturtiũ domesticũ nõ est:imo ꝫm quosdã est nasturtium aquaticũ:qd̃ alio noĩe senation vocatur: ⁊ hoc apud multos est certũ.vide aũt de eo apud Mattheum syluaticum in ca° de cardamo.i.nasturtio vsuali:qui sic ait.

¶ Cardamus agrestis quẽ multi senation vel crisium vocant:vel nasturtiũ aquaticũ ⁊c̃.Hoc apud Auic.in 2° cañ. vocat̃ pupilla oculi.⁊ apud Dia.eius semẽ vocat̃ lepidũ: ⁊ herba apud eundeȝ senation:ẽt apud Serap̃.seitaragi:⁊ apud arabes dr̃ scescebrã:⁊ ab aliqb⁹ dr̃ saxabraȝ: de qua nunꝙ̃ inueni vllum hic certitudinẽ qd̃ sit scescebrã:qdaȝ credũt:sed nõ recte ꝙ eẽt esula:qd̃ nõ est:qꝛ Aui.in 3° cañ. in cap̃.de medicinis cordialib⁹:hȝ in quodã antidoto scescebrã:⁊ semẽ eius.q̃ esula ibi nõ ꝯuenit.ideȝ in 4° cañ.in fen 2ª.in ca° de cura ethice scescebrã laudat:⁊ ꝫm quosdã medicoꝝ est granatum syluestre:qd̃ nõ credo:nec Gẽtilis sup illũ passuȝ cognouit certitudinẽ.Scias ꝙ in h̃ sunt diuerse opiones:ȝ hic si de⁹ voluerit declarabo de ĩpo opionẽ doctoꝝ multoꝝ.Et p̊ dico ꝙ postꝙ̃ ego vidi ĩ practica. D.Mesue.c.de cura manie ⁊ melãie sanguinee.in quodaȝ antidoto:qd̃ icipit.filius Zacharie modus ꝯfectionis ꝯferẽtis melãie ⁊c̃.ibi hȝ ad lr̃am.scescebraȝ.i.oçimi maioris. Oçimũ aũt maius apud Serap̃.vocat̃ oçimũ carmenũ:⁊ ab Auic.in 2° cañ.vocat̃ obalmarã:⁊ apud Mattheũ syl. est senation:⁊ q̃ mihi nõ credit videat Mesue in ca° allegato ait.ꝙ scescebrã est oçimũ maius:⁊ oçimũ mai⁹ apud Serap̃.est oçimũ carmenũ:⁊ apud Mattheũ syl.est senation:siue naturciũ aq̃ticũ:⁊ sic lege illud cap̃.de oçimo carmeno apd̃ Sera.⁊ cam̃.de obalmarã:apd̃ Aui.cũ ca.de harochalchai.apud Mattheũ syl.⁊ videbis ꝙ idem sunt.

¶ Notandũ est ꝙ hec herba plura noĩa hȝ.nã senation est lepidũ:seitaragi indũ:hibederidos:agricardamũ agreste: capsia scripta cũ.c.nasturtiũ aquaticũ oçimuȝ maius:oçimũ carmenũ:pupilla oculi:scescebrã:ei⁹ radix medet̃ doloꝛib⁹ dentiũ.Etiã de ipso dictũ fuit in electuario:qd̃ dr̃ letificans Almãsoris ⁊c̃.⁊ hoc apud me fuit secretum.

¶ Sãguinarie aũt apud moder.est bursa pastoris que mirabiliter valet ꝯtra fluxũ sanguis:verũ est ꝙ inuenit̃ alia sanguinaria q̃ vocat̃ corrigiola:seu virga pastoris:sed hic Joãnes anglicus ꝑ sanguinariã itelligit bursaȝ pastoris:⁊ ꝙ sit veꝝ:vide apud eũdẽ in li°p̃.in ca° de accñtib⁹febris. qui sic ait.mõ de empericis videamus.vade ad locuȝ vbi crescit sanguinaria.i.bursa pastoris: ⁊ genib⁹ flexis dicas ter pater noster ⁊ aue maria:⁊ istum versiculũ. Te quesumus dñe famulis tuis subueni quos p̃cioso sanguine redemisti:⁊ sic dicẽdo collige vnã herbã vel duas.Sed si multas colligas opȝ oꝛones iterare:⁊ tũc suspẽde herbaȝ circa collũ patiẽtis a quo fluit sanguis vl̃ circa mẽbrũ a q̃ fluit: ⁊ ibi dimitte:⁊ striget certissime:si vis ne hoĩes cognoscãt herbã tuã frica eã iter man⁹ tuas:⁊ post suspẽde eã in aliq̃ pãno:vel in syndone:vel ĩ aliquo tali. Itẽ Nicolaus dicit: bursa pastoris.i.sanguinaria:vel capsella:aut scindiuulua. sine dubio est cõsonũ ꝙ bursa pastoris sit capsella:qꝛ eius semen fert in capsellis: ⁊ propter id apud lombardos dicitur herba gugarolla.ipsa enim in vys ac ciuitatib⁹ inuenitur:⁊ comedit̃ cũ est recens:sicut alia olera.

¶ De quatuoꝛ generibus confectionum ꝫm Petruȝ de tussignana super nono Almansoris.

Confectio diarob cuȝ reubarbaro in tractatu 2°.in cap̃.de solutiuis.℞.turbith albi gũmosi cãnulosi.℥.i.çinçib.ʒ.ß.reubarbari.℥.i. spice.ʒ.ß.cinamomi:gariofil̃.añ.ʒ.ij.galange: piperis lon.macis añ.ʒ.i. diagredy.ʒ.iiij. çuccbari albi.ʒ.xvi.cum vino citoniorum:fiat confectio:dosis a.ʒ.ij.ad.vi.

¶ Hec ꝯfectio diarob cũ reubarbaro est in vsu: ⁊ fit aliqñ cũ reubarbaro:aliqñ sine:tñ cũ reubarbaro ẽ nobilioꝛ.de hac repiunt̃ varie descriptiões.ego meo tp̃e vidi fieri diarob cũ reubar.i.ꝯfectionẽ delectabileȝ ꝫm Bartho.mõta. quã ĩpe vocat ꝯfectionẽ diaturbith cũ reubar°:de q̃ ĩfra.

Cõfectio diarob cũ turbith ibidem.℞.turbith albi gũmosi ⁊ cãnulosi.℥.i.çinçibis.ʒ.ß.cinnamomi:gariofil̃.añ.ʒ.ij.galange: pipis lon.macis añ.ʒ.i. diagredy.ʒ.iiij.çuccbari lib.i.fiat confectio cum vino citoniorum ⁊ aqua cõmuni:dosis vt precedens.

¶ Ego vidi multotiens aliq̃s nõ faciẽtes dr̃iaȝ iter diarob cũ turbith:⁊ iter diarob cũ reubarbaro:ȝ errãt.nã aliud ẽ diarob cũ turbith:aliud est diarob cũ reubarbaro.

¶ Hec ꝯfectio solutiua reperit̃:ẽt apud Joãnẽ cõcoregiuȝ in ca° de paralesi ⁊ iectigatiõe:tñ differt notabilr̃ ab ista: sed vna descriptio que iuenit̃ apud Leonarduȝ de ꝑeda palea in ca° de cura scrophularũ est huic similis.

Cõfectio diarob cum agarico ibidẽ.℞.agarici.ʒ.i. salis gemme.ʒ.iiij.spice nardi.ʒ.ij.ß.cinnamomi:gariofil̃.macis galange añ.ʒ.ij.diagredy.ʒ.ij.polipody.ʒ.i.ß.çuccbari albi lib.ß.cum vino citoniorũ:⁊ aqua cõmuni fiat cõfectio:dosis vt precedentis.

¶ Hec confectio non est in vsu.Leonar.de ꝑeda palea in capl̃o de cura scrophularum:hȝ etiã hanc descriptionem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0062-0
DFG

Ioan. concoregius in caplo de paralesi: et iectigatione habet vnam aliam descriptionem: sed non est eadem.

Confectio diarob cũ sene in caplo de paralesi tremore tortura et spasmo de repletõe. ℞. sene munde. ℥.i. cinamomi: gariofil. macis: masticis añ. ʒ.ß. diagredy. ℈.ß. et cum çucchero fiat confectio cum vino granatorum: dosis eius ab. ℥.ß. ad. ʒ.ij.

¶ Hec confectio non est in vsu.

¶ Sene vero qd de arabia defert magis laudat q̃ illud de mecha. Miror q Aui. i 2° cañ. vbi de simplicib' tractat q de sene nõ fecerit cap. cũ ipse i multis locis eo vtat. Mesue laudat folliculos sene: et dic q ẽ melior ps ipsi' plãte.

¶ De confectionib' ac electuariis: super antidotariũ Bartholomei montagnana.

Confectio de fisticis. ℞. fisticorum mũdatorum: et tritorum. ℥.iiij. çucch. albi lib. i. icorporent sil' in mortario cũ aqua rosata q̃tũ sufficit: et coquant sup ignẽ: et fiat ꝯfectio cũ spẽbus triasandalorum aliqñ: et aliqñ cũ cinamomo ponẽdo de q̃libet istorum. ʒ.i.ß. pro tota ista recepta. Põt ẽt fieri solutiua vt scis. valet enim in confortando epar frigidum qñ fit cũ cinamomo: et epar calidũ qñ fit cũ specieb' triasandalorum: et ipsius oppilationes semp aperit.

¶ Hec cõfectio apud nos nõ est in vsu: sed credo q in partibus Venetiarum vtantur illa.

¶ Fistici fm Dia. sũt pistachie q̃ in siria nascunt siľia strobilibus. i. pineis. Rasis aũt in lib° aforismorum. in ca° de fructib' ait. et comedere cinamomum cum oleo alsalforat illud remouet. alforat. i. fisticus est arbor cypresso similis.

¶ Pistachie fm Nico. sunt fruct' q̃ veniũt de Damasco q satis sũt noti. Pli. pistachia eosdẽ vsus et effect' hñt quos pinei nuclei pterq̃ ad serpẽtũ ict' siue edant: siue bibant.

¶ Triasandali dñr a trib' gñib' sandalorum q̃ ibi itrant: descriptio ipsorum est posita supra: et est ex auctẽ Nicolai.

Confectio diamusci mřicalis. ℞. spẽrum diamusci dulcis. ʒ.i. diambre. ʒ.ij. lingue auis. i. seminis fraxini: rasure eboris nepite añ. ʒ.ß. çucch. albi. ℥.v. fiat confectio solida cũ aqua matricarie in rotulis.

¶ Hec ꝯfectio diamusci matricalis apud nos nõ est i vsu: illa vero descriptio qua nos vtimur est diui Mesue: qui docet facere diamuscũ dulce et amarũ: sicut ostẽsum fuit. species vero diamusci dulcis: que ibi ingrediunt sunt spẽs diamusci Mesue: et similiter species diambre.

¶ Nepita est herba dicta neuida: siue gataria: et fm Macrum est calamentum.

¶ Matricaria est apud Aui. in 2° cañ. vocata vcbuen: et est spẽs arthemisie: et est illa que a lombardis crispula vocat. Sapiẽtes dixerũt q ista descriptio diamusci dr matricalis pp aquã matricarie q̃ igredit. Bartholomeus ingt. q pdicta ꝯfectio dz fieri in rotulis sicut fiunt manuschri.

Cõfectio pro vermib' cõis apostolorum. ℞. semis alexãdrini. ʒ.ij. cornu cerui vsti: corticum granatorum añ. ʒ.i. diptami: gariofilorum: reubarbari añ. ʒ.ß. centonici. ʒ.i.ß. cinamomi. ʒ.iiij. croci. ʒ.ß. çucchari lib. i.ß. fiat cõfectio solida cũ aqua absinthij vel graminis.

¶ Hec ꝯfectio apud nos nõ est in vsu: sz valet mirabilr p vermib'. simplicia q̃ sunt declarãda declarabo: ipse Bartholome' hz vnã aliã descriptionẽ: sz ista est nobilior illa.

¶ Alexãdrũ apud modernos est semẽ macedonicũ: et nõ ẽ semẽ sanctũ: vt q̃dã dicũt: qd in ista ꝯfectiõe possumus videre: qr h Bartholomeus ambo in ista ꝯfectione ponit.

¶ Centonicũ siue sandonicũ idem est: et est spẽs absinthij: sicut pz apud Serap. in ca° de absinthio. Preterea ipse Serap. in ca° de sceba ingt. sceba. i. sandonicũ: vt in cap. de absinthio: et dr ex auctẽ Dia. sandonicũ est plãta: et est absinthium marinũ: et sic mea opio est q sceba siue sandonicum sit absinthiũ marinũ: qd alio noie herba marina appellat: et sic repit apud Michaelẽ sauonarolã in ca° de vermib': qui ingt. Quidã dant semẽ sanctũ: siue semẽcinã: qd idẽ ẽ. Ioã. Mattheus gradi in ca° de vermib' q in vẽtre nascuntur dicit. semis sancti vel herbe ianuine: vel soch qd idẽ ẽ: sz vult dicere sceba. Infra hz q̃dã emplastrũ. et dicit seis alexãdrini: qd cõiter appellãt herbã ianuinã sz falsum est. nã semẽ alexãdrinũ nõ est herba ianuina. pro h vide q in ista cõfectiõe igrediunt semẽ alexãdrinũ. i. macedonicũ: et centonicũ. i. semẽ sanctũ: qd nõ fit in his q̃ idẽ sunt. tu vero vide q semẽ sanctũ est verum sandonicũ: siue sceba: siue semẽcina: siue granella: et hec est approbata q mirabilr valet ad iterficiẽdũ vermes defert de ianua ad nos.

Confectio diaturbith cũ reubarbaro. ℞. sandalorum alborum et rubeorum: violarum: çinçiberis añ. ʒ.i.ß. anisi: cinamomi: croci: masticis añ. ʒ.ß. turbith: hermodactylorum añ. ℥.i. reubarbari electi. ʒ.x. diagredy. ʒ.iiij. çucchari albi lib. ij. fiat confectio solida.

¶ Hec est ꝯfectio diaturbith cum reubarbaro: et sunt ex hominibus qui vocant ipsam diarob cũ reubarbaro: alij cõfectionẽ delectabilẽ: vt dictũ est supra: et sunt ex hoibus q faciunt ipsam cũ reubarbaro: et qñq3 sine reubarbaro fm diuersitates descriptionum que reperiuntur.

Electuarium de ouis. ℞. albuminis ouorum. lib. ij. mell' cocti dispumati lib. i. misceantur simul: et diu agitent cũ spatula agitando vsquequo inspissent. deinde addant he spẽs. ℞. çedoarie. ʒ.ß. cinamomi: gariof. spice ligritie: çinçib. piperis: galãge: rosarũ: sandalorum rubeorum añ. ʒ.i. misce et fiat electuarium.

¶ Istud electuarium non est in vsu apud nos.

¶ Oua fm Aui. meliora sunt oua gallinarum recẽtia: et meli' qd est in eis est vitellus: et melius eorum artificiũ est vt non cũ alio cõgelent. post aũt oua gallinarum sunt oua auiũ que cursu eius pcedũt sicut antẽderã: et adoram: et alcubugi. i. pdicũ: et atteenugi. oua vero anatis: et similiũ sũt mali humoris. Serap. dicit ex auctoritate Gal. illa que eligimus sunt oua gallinarum. nõ ergo oportet q narremus naturam aliorum: fiat confectio solida cum aqua matricarie in rotulis. Quorum: qr natura eorum est eadem cũ natura istorum &c. Rasis aũt in 3° Almãsoris. in ca° de ouis ait. oua plus alijs oib' conuenientia galline sunt: et perdicis &c.

Electuarium de lepore combusto. ℞. lapidis iudaici et spongie añ. ʒ.i. pulueris leporis cõbusti fm artem. ʒ.ij. spẽrũ electuarij litontripon: descriptione Nicolai. ʒ.ij. çucchari scõe decoctionis. ℥.iiij. cũ aqua saxifragie: fiat ꝯfectio i rotul. i. in forma manuschri.

¶ Istud electuarium non est in vsu.

¶ De lepore Aui. in 2° cañ. duo capla fac. vnũ de lepore syluestri: aliud de lepore marino: quẽ q̃dã existimãt eẽ cuniculũ: quẽ dixit Aui. eẽ aial ostracũ: lutosum: declinãs ad rubedinẽ aliq̃ntulã: iter ptes cui' sũt q̃dã siľia folijs alusnẽ. i. herbe chali. illũ vero quẽ h itelligimus: est ille q oib' est notus. de mõ cõburẽdi: vide supra in electuario de cinerib'.

¶ Litontripon. i. cõterẽs et frãgens lapidem iterpretat. descriptio ipsius posita fuit supra ex intentione Nicolai.

Electuariũ de sebesten. ℞. sebesten recentis. ℥.v. infundant in lib. i. aque violarum: et bulliant: deinde colet: et predicte colature addatur aqua iris idest ireos et angurie añ. ℥.vi. tamarindorum prunorũ sicorum contusorum añ. ℥.v. violarum: seminũ cõmunium frigidorum añ. ℥.i. succi mercurialis. ℥.iiij. coquant simul vsq3 ad cõsumptionẽ medietatis: et fortiter exprimantur et colentur colature addat penidiorum. ℥.viij. diaprunis non

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0063-6
DFG

solutiui lib.i.ʒ.pul.diagredy.ʒ.ij.misce ꝛ fiat electuariuz.
¶ Istud el'iuz apd nos nō est ī vsu: sꝫ ī Mediolano vtunt̄
ipo. Scias ꝙ ego vidi pdictū el'iuz scriptū: sꝫ nō apd aucto
rē auctēticū: ꝛ ibi igredit̄ qdā herba q̄ noiat̄ chacbile: quā
Bartholame⁹ in sua descriptiōe nō hꝫ: tn̄ si eēt aliqs q vel
let eā ponē declabo qd sit. chacbile: est qdā herba q̄ repit̄
in ptib⁹ rome in loco q dr cornetū: folia hꝫ similia vmbili
co veneris: ꝛ hec a modernis soldanella vocatur: ꝛ est alia
spēs chacbile hn̄s folia silia vermiculari: ꝛ nascit̄ in ster
quilinis locis. ista vo nō est ita nota vt altera.
¶ Sebestē. i. mamilla canis. Serap. caᵒ de sebesten: narrat
arborē ipsoꝝ: ꝛ de fructu ipsi⁹ dicēs: ꝙ mochaita ē reeb in
arabia: ꝛ ē arbustū altū sup terrā hn̄s corticē: cui⁹ color ver
git ad albedinē: ꝛ fruct⁹ ipsi⁹ est sicͭ granū oliue. iste fruct⁹
colligit̄ ꝛ exiccat̄ donec corrugēt̄: ꝛ ē illd q̄ vtūt̄ ī medi[na].
¶ Aqua violarum intelligitur esse illa que fit ex floribus
violarum per sublimationem in alembico.
¶ Anguria est melon magnus viridis qui apud Auicen. in
scdo can̄. vocatur bateca: in tēpore antiquo in partibus no
stris nō repiebant̄: sed hodie deferunt̄ ex venetijs.
¶ Mercurialis est herba satis nota. hec apud Dias. vocat̄
linoçotis. Gal. ēt ī 7ᵒ simpl'. dic. linoçostida. i. mercurialis.
Pli. linoçostis siue pteni⁹a mercurio inētus est: iō apd gre
cos hermiporona dr. nā multi ex nr̄is vocāt mercurialez.
¶ Diaprunis vel diamasceō a prunis Damascen⁹ dr descri
ptio ipsi⁹ ē posita supi⁹ auctē Nicolai. ꝛ ibi videbis ꝙ fit
sine diagredio: ꝛ cū diagre. illd vo qd fit sine diagredio ap
pellat̄ nō solutiuū: qn̄ fit cū diagredio appellat̄ solutiuuz.

Electuariū de polipodio ad melācholiā. ℞. anisi
ligritie: dauci: seis leuistici: ameos: flo
rū eupatorij an̄. ʒ. i. ʒ. acori: çiçibis: cinamomi: croci an̄. ℈.
ij. semis anbeti: petroselli. apij an̄. ℈. i. hermodactyloꝝ. ʒ.
i. ʒ. turbith. ʒ. vi. diagredij. ʒ. ij. polipodij quercini. ʒ. ix. thi
mi epithimi an̄. ʒ. v. lapidis laçuli: ematitis pparatoꝝ an̄.
ʒ. vi. penidioꝝ. ʒ. iij. çucchari lib. iij. coquant̄ çuccharuz ꝛ
penidij cū aq̄ sublimatiōis hircos vsqꝫ ad decoctionē çuc
chari: ꝛ fiat ꝯfectio solida: poteris ēt facere ī forā liqda ad
modū el'arij: deīde çucchare liquefacto addant̄ pulueres.
¶ Istud electuarium non est in vsu.
¶ Polipodiū aūt dictū est a similitudine flagelloꝝ pollipi
piscis in eminētijs que sunt in ipsis flagellis sui pedibus:
sed pedes dici possunt. nam radicibus polipodij sunt sil'es
eminētie. vn̄ polipodiuz q̄si polipes. Dias. dicit. ꝙ polipo
diū nascit̄ in parietib⁹ humectis: ꝛ in ripis: ꝛ circa radices
arboruz vetustaꝝ: ꝛ in quercub⁹: ꝛ ꝓpter id dr polipodiū
quercinū: hoc qdā herbatici liquiritiā syluestrē vocant.
¶ Ematites. s. lapis qui dicitur ematites: siue sanguinaris
hoc lapide pictores vtuntur.
¶ De cōfectionib⁹ ac electuarijs ƀm Nicolaū florētinū.

Confectio diacarthami ƀmone 2ᵒ
in caᵒ de cura emitritei.
valet ī euōne cholere ꝛ flegmatis. ℞. spe
cierum diadraganti frigidi. ℥. i. carnium ci
toniorum. ℥. ij. çinçiberis albi. ʒ. i. medulle
carthami. ℥. ʒ. turbith electi. ʒ. ij. diagredij.
ʒ. v. māne granate: mellis rosati ad solem
purificati an̄. ʒ. iij. çucchari albi. ℥. xv. fiat confectio in bo
lis: quorum vnusquisqꝫ sit. ʒ. iij.
¶ Hec cōfectio apud nos non est in vsu. Petrus argillata
in caᵒ de podagra: siue gutta calida hꝫ vnā aliā descriptio
nem que eadē est. Lumē maleducens describēs hanc cōfe
ctionē: dixit eam esse magistralem cū nō sit: vt eius descri
ptionem sibi vendicaret: ꝛ quidem indigne.
¶ Carthamus est crocus hortulanus: cuius flore tingit̄ se
ricū: eius semē inter laxatiua ponit̄. hoc gincus vocat gre
cus. Dia. vo cinicum. Auer. in 5ᵒ coll'. dicit eleratis alcarta
mum. i. semē papaga. ego credo ꝙ vult dicere: qꝛ illud aial
qd vocat̄ papaga: comedit ipsum libēter. Mesue de ipso
loqtur dicēs. melius est illud qd est albū ꝛ planū grossum:
ꝛ plenū: cuius medulla est vnctuosa pinguis ꝛc̄.

Electuariū sublime cōseruās sanitatē oculoruz: ꝛ
ꝯfortās spūm visibilē in claritate sua
in libro 3ᵒ. in cap̄. de custodia sanitatis oculoꝝ: ꝛ de iuuan
tibus ꝛ nocētibus oculis. ℞. herbe adhil. ℥. ij. semis fenicu
li. ʒ. ʒ. macis: cubebe: cinamomi: pipis longi: gariofiloꝝ an̄.
ʒ. i. pistent̄ ꝛ cribellent̄: ꝛ accipe mellis dispumati lib. i. suc
ci feniculi cocti ꝛ dispumati. ℥. i. succi celidonie sil'r cocti. ℥.
ʒ. coquant̄ succi cuz melle quousqꝫ mel habeat spissitudi
nē: ꝛ cōficiant̄ cū eo spēs: ꝛ reseruent̄ in vase vitreato.
¶ Istud el'iuz nō est ī vsu: sꝫ Nicola⁹ ipm laudat mirabil'r.
¶ Herba adhil ƀm Nicolaū in libro ꝛ cap̄ pdictis est her
ba de qua qdā dicūt ꝙ est herba quā comedūt aqle: ꝛ con
fricāt oculos suos: ꝛ dr ꝙ est eufragia: postea iterū ait. ve
rū alij dicūt ꝙ est qdā spēs herbe albe: cui⁹ folia qn̄ rum
punt̄ ī loco rupture faciūt fila q̄si ad modū bōbacis: ꝛ est
amari saporis. ab Aui. vocata bōbacū: a qbusdā cassilago:
a qbusdā dr herba verula: ꝛ postea dicit. verula ē auis ꝛc̄.
neqꝫ per id Nicolaus cognouit qd eēt herba adhil: ipse di
cit ꝙ ab Aui. vocata. est bōbacū: de quo nō repit̄ vlluz fe
cisse capl'm in 2ᵒ can̄. vbi de simplicib⁹ tractat: ꝛ dicit ꝙ a
qbusdā cassilago dr: qd nō credo: qꝛ cassilago est iusqam⁹:
sed sit quōcūqꝫ pma expō est melior: h̄ est ꝙ herba adhil
est eufragia: qꝛ in hoc multuz valet. Preterea Mattheus
sylua. in cap̄. de eufragia inquit sic. eufragia latine arabice
herba adhil. Mesue in caᵒ de egritudinib⁹ oculoꝝ laudat
ipsam: sed ꝯdicit Jo. cōcoregius in caᵒ de debilitate visus:
q inqt. herba adhil. i. iua muscata: sꝫ ƀm aliquos eufragia:
qd nō credit̄: sed mea opio est ꝙ adhil sit eufragia.
¶ Celidonia ƀꝫ Jsido. iō dr vl' ꝙ aduētu hyrūdinū vr erū
pere: vel ꝙ pullis hyrūdinū si oculi auferant̄ matres coꝝ
illis ex hac herba mederi dicunt̄. liber q dr Bulcasim in
tractatu 2ᵒ. in cap̄. de modo colligēdi lac celidonie: ꝛ exhē
di succū eius inqt. pn̄[m] ortus celidonie est qn̄ hyrundines
icipiūt apparere: ꝛ qn̄ desinūt apparere desiccat̄ ꝛ nō ap
paret: ꝛ ꝓpter hoc appellat̄ herba hyrundinum ꝛc̄.

Diabutyrū expertū in libro 4ᵒ in ca. de tussi. ℞.
mellis dispumati: ꝛ butyri an̄. ℥. iij. ci
mini anisi an̄. ℥. ʒ. liquiritie. ℥. i. ꝯfice in forma loch.
¶ Istud electuariuz nō est in vsu: ꝛ sicut reperi apud Ori
basium in cap̄. de tussi: est ex auctoritate ipsius.
¶ De butyro. Aui. in 2ᵒ can̄. duo capl'a facit: vnū de butyro
simpl'r: aliud de butyro nō recēti. Serap̄. de butyro lacte
ꝛ caseo ī vno caᵒ loqt̄: ꝛ sic inqt. liben. i. lac. luhon. i. caseus:
çebd. i. butyꝝ: sepꝝ. i. mātega. Papias dic̄ butyꝝ piguedo q̄
ex lacte colligit̄: est tn̄ piguis: ꝛ solidius oleū ex butyro fit.

Diapigamum in libro 5ᵒ. in caᵒ de inflatione ꝛ
tēsione stōchi. ℞. nitri: pipis: ci
mini ifusi in aceto: ꝛ postea torrefacti an̄. ʒ. iij. folioruz ru
the siccoꝝ ad pōdus oium. Cōfice cum melle ꝛ fiat.
¶ Hec ꝯfectio apud nos est multū in vsu: sꝫ nō sub h̄ noie
diapigamū: imo sub noie diaspoliticō: qd idē est. Ipse Ni
colus in eodē libro inqt. diapigamū. i. el'ium de rutha. po
stea in cap̄ de debilitate digōnis ponit el'ium de rutha: qd
idez est cū diapigamo: ꝛ sic dico ꝙ electuariū de rutha ƀꝫ
Nicolaū diapigamū ꝛ diaspoliticon idē sunt: de quo infra
in diaspoliticon. Dias. in capl'o de rutha ponit descriptio
nem diapigami que eadem est. Macer in capl'o de rutha
describit diapigamum in versiculis incipiendo.
Ex hac antidotum non paucis vtile causis
Conficitur. medici dicunt diapigamon illud.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0064-2
DFG

Pigamon in greca nostra:qꝛ rutha vocatur.
Illius antidoti confectio talis habetur.
Pondere iunge pari nitrum piper atq3 ciminum.
De tribus his tantū de rutha ponito quantum.
Sed prius ex acri vino macerare ciminum
Conuenit:⁊ ferro post assari calefacto.
Omnia deinde simul bene trita ex melle ligabis ⁊c̄.

¶ Nitrū.i.affronitrū:in ista cōfectione laudaꝰ sal nitrum qua vtunꝰ bombardarij:qꝛ est fortius q̄3 sal panis.

Electuariū de ficubꝰ i eodē libꝰ i caꝰ de cura choli ce ex fece: ⁊ est vtile senibus. ℞.croci hortēsis : çinçiberis albi mūdi aā.ʒ.ij.teranꝰ ⁊ cribellenꝰ: ficuū albaꝝ piguiū numero.xxx.teranꝰ i vno mortario li gneo i modū ꝙ nō appareāt grana:⁊ si nō pn̄t teri bn̄ fer ueant modicū:⁊ ponaꝰ cū eis de baurach.i.affronitro ⁊ fe ce argēti aā.ʒ.ß.⁊ pistenꝰ oīa siꝉ ⁊ icorporenꝰ cū melle dis pumato in quo misceaꝰ de aq̄ in qua decocte fuerit ⁊ fiat.

¶ Istud electuarium non est in vsu:sed ꝺm intentionē Ni colai est vtile senibus.

¶ Crocus hortēsis est crocus afícanus siue hortulanus:cu ius semen gincus seu cartamus dicitur.

¶ Ficus.i.carica. Isido.ingt.ficus a fecunditate vocaꝰ.est eniꝫ arboribꝰ ceteris fecūdior.nā terq3 quaterq3 per singu los annos generat fructum:atq3 altero maturescente:alter aboriꝰ:hinc ⁊ carice a copia noiate ⁊c̄.est alia ficus dicta pharaonis siue ficus fatua:siue ficomorus : ⁊ est nomē cō positū a ficos grece:qꝺ est ficus ⁊ moro latine ⁊c̄. Inde si cophanta.i.comestor ficuum:vt apud Terentium.

¶ Fex argenti ꝺm Nicolaum est scoria argēti:ego puto ꝙ sit merdasengi:qꝺ alio noīe lytargiriū appellatur.

Electuarium de cicadis in eodem libro.in caṗ. de cura lapidis. ℞.cicadarū abie ctis capitibus:alis:⁊ pedibus:granorum solis : seminis sa xifragie aā.ʒ.i.piperis galange : cinnamomi aā.ʒ.ij.ligni aloes.ʒ.ß.mellis quod sufficit.

¶ Istud electuarium nō est in vsu. Isidorus in caṗ.de mi nutis volatilibus ingt.Cicade ex cucullorꝫ nascunꝰ sputo. he in italia apud reginos multe sunt:nec vsq3 alibi.Ortus medicine ait.cicade sunt vermes ad siltudinem locuste:⁊ habitāt in locis calidis:qdā vo sapiētes dixerūt ꝙ cicada est aīal paruū vergēs ad nigredinē que in capite ipsius hꝫ duo cornua minuta:⁊ in tp̄e estatis maioris caliditatis ap paret:⁊ volat super arbores:⁊ suꝑ cacumina domorū vel aliaꝝ reꝝ:⁊ ibi stat ⁊ garrit quousq3 sol amittat suā calita tem:⁊ p̄dictū aīal a multis vulgari noīe sic est vocatū.

¶ Grana solis.i.miliū solis siue lithospmon.Seraṗ.in caṗ. de milio solis ingt ex aucte Gal.in trāslatione batarie lisa cos:ꝙ est semē qꝺ assimilaꝰ lapidi:⁊ est chulb.i.miliuꝫ so lis:⁊ est semē herbe que dr̄ strōcos:ꝙ si bibiꝰ frāgit lapi dē ⁊ ꝓuocat vrinā.Seraṗ.iteruꝫ ait ex aucte abē mesuai ealbasari:ꝙ achulb deferꝰ ab idia:⁊ assilaꝰ semini lini:ni si qꝛ est maius. Miror tn̄ ꝙ Sera.dicat ꝙ miliuꝫ solis hꝫ semē siꝉe semini lini:⁊ tn̄ illud quo nos vtimur nō assilaꝰ semini lini.hec herba in nr̄is hortis nasciꝰ ⁊ abundat plu rimū:q̄uis dicat Seraṗ.ꝙ defertur ab india.

Medicamen de sisceleos in libro.6.in caṗ.de ste rilitate. ℞.sisceleos : limature ebo ris:radicum ⁊ granorū peonie:darsisabā aā.ʒ.i.ß.cinamo mi:cyperi:calami aromatici:squinanti:arthemisie aā.ʒ.i. nardi.s.spice:gariofiꝉ.folij masticis:olibani aā.ʒ.ß.ambre purissime.℈.ij.mellis quantum sufficit.

¶ Istud medicamē de sisceleos.i.sileris mōtani nō ē i vsu.

¶ Darsisabā est cortex radicum buçie:siue cortex radicuꝫ mali granati agrestis:apud Dias.vocaꝰ aspaliū:de quo di ctum fuit in electuario de vino.

¶ Arthemisia.i.mater herbarum.

¶ Mastix est gūmi lētisci vel spēs eius.Dias.in ca.de thu re ait.thus lachrymū est arboris q̄ grece libanus diciꝰ.

Electuarium de iua in lib.7ꝰ i ca.de p̄seruatiōe a doloribꝰ iuncturaꝝ. ℞.iue recen tis subtilissime icise:⁊ cōficiaꝰ cū melle : ⁊ fiat ꝺm artem.

¶ Istud elꝫium apud nos est in vsu.ipse.n.Nicolaus nō po nit dosim iue:s3 ꝓportio melꝉ ad iuā apothecarijs ē nota.

¶ Iua ꝺm Simonē ianuēseꝫ est iua:vt dicit supra i came piteos:ipse vo in caṗ.de camepiteos ait.q̄si in fine.vide ꝙ nulla istaꝝ spēꝝ sit illa q̄ moderni vtunꝰ pro camedreos. Arbitratꝰ fui ꝙ p̄ma istaꝝ sit plāta illa:quā iuam moder ni vocāt ꝑꝑ siltudinē huiꝰ descriptionis cū ea:⁊ ꝑꝑ expiē tiā q̄ iueniꝰ in ipsa in sciatica qua ipsa laudatur.postea vo itellexi ꝙ apud grecos siculos:maxime ipsaꝫ iuā camepi teos vocāt:⁊ sic ex meo iudicio credo ꝙ va iua sit camepi teos:⁊ q nō credit ꝯsideret formam camepiteos : qꝺ apud Dia.vocaꝰ camepitis:⁊ ponit spēs tres.quaꝝ vna est span sa suꝑ terraꝫ:⁊ giberosa hn̄s folia:aiço minori.i.semꝑuiue minori siue vermiculari siꝉia:s3 tenera ⁊ pinguiora ⁊ aspa ⁊ spissa circa virgas odorē redolentia pini ramulos mittit oblōgos ⁊ curuos in siltudine ancuse.i.lactuce asini ⁊ frō diculū tenuē:vꝉ semē cū tenui coma:flores minutos ⁊ mel linos ꝓfert:⁊ semē nigrū:odorē pictuinū.i.rasine pini : vi de q̄ illā iuaꝫ qua vtimur:⁊ aggrega ipsaꝫ cū illo capꝉo de camepiteos:⁊ videbis ꝙ in odore ⁊ in oībꝰ iua est camepi teos:⁊ oēs spēs hn̄t odorē pini:sed nobilior est que magis odorē pini refert:illud vo camepiteos quo vtunꝰ moder ni:nō hꝫ formā camepiteos:vt describūt nostri auctores: sicut est notū eruditis apothecarijs.Mesue in caꝰ de egri tudinibus laudat ipsam sub noīe çiçiniam:⁊ est iua.

Electuarium de anagalico syluestri in lib.7ꝰ in caꝰ de cura eminētie vmbilici:⁊ ē multū vtile. ℞.radicū eiꝰ bene decoctaꝝ in vino austero: ⁊ postea optime contritarū:⁊ mellis dispumati aā.lib.ij.⁊ coquātur lento igne vsq3 ad ꝑfectionē:⁊ tunc superponaꝰ puluis qui sic fit:sanguinis draconis.ʒ.ß.masticis:⁊ pilloꝝ leporis incisorū aā.ʒ.ij.gūmi arabici.ʒ.ij.lapidis ematitis ʒ.i.nucis cypressi.ʒ.ij.gariofilorū : macis:cinamomi:nucis muscate aā.ʒ.iiij.piperis : çinçiberis : croci aā.℈.i.⁊ bene incorporentur:⁊ fiat electuarium.

¶ Istud elꝫium nō est in vsu:s3 ꝺm itētionē Nico.est vtile.

¶ Anagali ꝺm Dia.sunt due spēs:vna est q̄ florē hiacitinū ꝓfert:s3 apud Seraṗ.hꝫ florē celestē.altera ē cuiꝰ flos da ctyli colorē hꝫ:s3 apud Seraṗ.hꝫ florē rubeū : ⁊ ē plātula hn̄s folia subtilia ꝑua:⁊ ramos q̄drangulatos:⁊ ambe hn̄t semē rotūduꝫ siꝉe semini coriandri : apud nos in pratis ac vijs repiꝰ.Quidā exposuerūt ꝙ eēt cicorea:qꝺ nō est : alij ꝙ sit maiorana:qꝺ nō est:alij auricula muris dicūt : qꝺ nō est. Aui.in 2ꝰ caā.capꝉm vnū facit de auricula muris:aliud de anagalo:in capꝉo de anagalo ingt.est duobꝰ modis.vnꝰ eoꝝ est cuius flos est citrinus.⁊ alius cuiꝰ flos est celestis: hic textus Aui.videꝰ corruptus duꝫ nō dicit:ꝙ p̄ma spēs anagali hꝫ florē rubeū:vt dicit Seraṗ.Galenus in 6ꝰ sim pliciū inquit.anagalus.i.morsus galline:⁊ diciꝰ ꝙ vna hꝫ florem celestis coloris:⁊ alia rubei:⁊ sic est ꝺm veritatē:⁊ est quā nostro idiomate morgelinā:aut morsuꝫ galline vo camus:⁊ aliqn̄ ipiam. Mattheus syluaticus dicit:morsus galline vocaꝰ a q̄busdaꝫ anagalus qui ipia vocaꝰ : quidā morgelinaꝫ vocāt ⁊c̄. Nicolaus dicit.electuariū de anaga lico syluestri.i.de illo qui florem rubeum gerit ⁊c̄.

Cōfectio boli armeni in lib.4ꝰ.in capꝰ de p̄uisione cautellis:⁊ custodia a venenis ⁊ coꝝ nocu mētis in gn̄ali. ℞.boli armeni:terre sigillate aā.ʒ.i.grano rū iuniperi.ʒ.ß. Cōficianꝰ cū melle:dosis est.ʒ.ij.cuꝫ vino.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0065-8
DFG

¶ Hec cōfectio apud nos nō est in vsu: bolus armenus est quedā vena terre: q̄ reperit̄ ꝑcipue in armenia: ⁊ eligēdꝰ est subrubeū: apud Aui. vocatur lutum armenum.

Electuariū de moris ꝟm Michaelē sauonarolā in cap̄ de dissinteria itestinali. ℞. carniū mori imaturi. ℥. iiij. çucchari lib. i. coque cū facilitate: deinde proijce ſtipticā calida: aut frigida: vt exigit disposi tio: ⁊ fiat electuariū: qꝺ apud nos in vsu non est.

Cōfectio chifodea ꝟm Gal. in tractatu 8° i meimir. in cap. de cura passionū epatis. ℞. carniū passulaꝝ. ʒ. xxv. croci. ʒ. i. calami aromatici. ʒ. ij. bdellij iudaici. ʒ. ij. ß. cinnamomi. ʒ. i. cassie. s. lignee. ʒ. ß. spice. s. nardi ʒ. iij. s. gnāti. ʒ. ij. ß. myrre. iij. ⁊ in alio. ʒ. iij. terbētine. ʒ. iiij. limature aspaltri. ʒ. ij. mellis. ʒ. xvi. vini qꝺ sufficit ⁊c̄.

¶ Istud etiam apud nos est in vsu: sed nō vtimur sub noīe chifodea: imo vtimur sub noīe electuarij ꝺ vino: ꝗpe Gal. describit ibi duas descriptiōes: quaꝝ pᵃ est nobilior: ⁊ dic̄ ꝙ chifodea noiat̄. eteniꝫ in odore: ⁊ in gustu silis est vocato ab egyptijs chifi: q in ꝓ cōposuerūt hoc ⁊ vtunt̄ eo. Idē in ꝑtib' nr̄is facimꝰ. Et sic postq̄ʒ ego aggregaui istud electuariū de chifodea apꝺ Gal. cū vno electuario qꝺ habet̄ ab Aui. in 3° quē nos facimus sub noīe electuarij de passulis seu de vino: vidi ꝙ ideꝫ sunt: ⁊ sic vt melius ⁊ apertius rem dignoscas lege illā descriptionē quā supius posui sub noīe electuarij de passulis cū ista: ⁊ videbis ꝙ eadem est: Frācisc9 de pedemōtiū: in ca° de debilitate epatis hꝫ eādē. Michael sauonarola i ca° de debilitate epatꝭ hꝫ eādē.

¶ Limatura aspaltri seu aspalei. i. rasure aspaleos: ⁊ hec ē arbor sicut narrat Dias. q̄ nascit̄ in asia: ⁊ rhodo: cuiꝰ spēs duplex est. Est eniꝫ vna spinosa fructicē ⁊ tirsum grauem hn̄s: ⁊ depositū cū cortice purpureo vel rubro: ⁊ depresso odoris sumi ⁊ amari: altera est alba: lignosa: ⁊ ibecillis ⁊c̄. qd aūt sit fere ab oībꝰ ignorat̄: ꝟm aliquoꝝ modernoꝝ medicoꝝ opionē tenet̄ ꝙ sit aspaltū. i. bitumē iudaicū: sꝫ nō recte. naꝫ ſi Gal. hꝫ aspaltri fuit errore scriptoris: q2 dꝫ dicere limature aspalei: ⁊ est q̄dā arbor q̄ apud Serap. ⁊ Aui. vocat̄ darsisabā: ⁊ sic est ꝟm veritatē. nā ibidē Auic. loco eiꝰ hꝫ darsisabā: qꝺ idē est. Michael sauonarola loco aspalei hꝫ radicē spine. inde ⁊ ibi ait: loco eius pōt poni xilocaracta: vt vult Simon Januēsis: veꝝ Aui. loco eius ponit fructus aliembuch. i. xilocaracte: ⁊ hoc aduenit: q2 ipse ignorauit qd eēt veꝝ. loco eiꝰ xilocaracta pōt poni: tn̄ idē nō est: sꝫ Serap̄. vere agnouit ip̄m dicēs ꝙ est arbor granati syluestris: ⁊ sic est ꝟm v̾itatē. nā ſi legis caplm de aspaleos apud Dia. cū ca° de arbore granati syluestris: seu darsisabā videbis ꝙ ideꝫ est. Preterea Joānes arculanus in ca° de debilitate epatis ingt. darsisabā. i. arbor granati syluestris: ꝟm v̾o modernoꝝ sniaꝫ granati syluestris due sūt spēs. Quaꝝ vnū ē darsisabā: seu arbor dicta amiberberis: cuiꝰ fructꝰ dr̄ abel: ⁊ de hoc a multis liciū efficit̄. vn̄ Rasis in synonymis suis dicit. liciū loch de aqua in qua cortices berberis coquunt̄: ⁊ sic approbatū fuit ꝙ arbor berberis in debilitate epatis: ac in fluxu epatico multū valet. Aliud est xilocaracta: siue siliqua: siue charubie que sunt idem: ⁊ sic a modernis vnū pro alio ponit̄: sed debent ponere corticem buçie. s. corticē radicis mali granati: seu berberis: ⁊ est arbor dicta apud herbaticos crispinus: hec duo apud sapientes sunt ex secretis aliorum.

¶ Uinū satis notū est. Serap̄. de ipso loqtur in cap. de vite ⁊ eius spēbꝰ: ⁊ que ex eis sunt Isidorus ait. vinū dictum est: eo ꝙ eius potus venas sanguie cito repleat: hoc alij ꝙ nos curis soluat lieum appellant. alij lineū a leniēdo: veteres vinū venenū vocabāt: sed postq̄ʒ iuentū est v̾us letiferi succi: hoc vinū vocatū est illud venenuꝫ. vnde ⁊ Hieronymus i libº quē de v̾ginitate ꝯseruāda scripsit. adolescētulas dixit: ita vinū bibere debere fugere vt venenū: ne ꝑ etatis calore feruēti bibāt ⁊ pereāt. Inde est ꝙ apud veteres romanos femine nō vtebant̄ vino: nisi sacroꝝ cā certis diebus: hodie v̾o iueniuntur hoies multi: qui ſi nō biberent vinū deficerent oino. Joānes anglicus in cap̄ de passionibus stomachi recitat hos versus.

Dat vinum purum tria nobis cōmoda primum:
Confortat stomachum: cerebrū: cor dat tibi letum.
Uires multiplicat: ⁊ viscera plena relaxat.
Efficit audacem: sudorem prouocat aptat
Ingenium tali lusus congaudet amico.
Sit mensura comes ne violetur opus.
Nam sine mensura deperit omne quod est.

¶ Dicitur autē electuarium de vino qꝺ igreditur: ⁊ debet coqui cū magna diligentia.

¶ Licium. Diaſ. eſt eligēdū intus colore ruffo. ⁊ deforis nigro:qđ diuiſuʒ hrumū hʒ. ſtipticū eſt ⁊ coloris ruffi ⁊ crocei app̄et cū guſtu amaro ſicut eſt idicū qđ ⁊ meli⁹ arboꝛ. vn̄ fit eſt lithios appellata:ſiue exacanton folia buxo ſil̄ia atqʒ ſpinoſa gn̄ans. naſcitᷣ ī dumoſis locis:cui⁹ folia ⁊ grana:⁊ radix in vnū cōtunduntᷣ:⁊ ex aq̄ dulci coquūtᷣ vſqʒ ad craſſitudinē. apud Serap̄. v̄o ſunt folia ſpinoſa. ⁊ hʒ ramos lōgitudine duoꝝ brachioꝝ. Pli. aūt ait. fit ex arbore ſpinoſa:⁊ fructu ſil̄e piperi p̄cipue amaritudinis folijs paruis. Auic. in 2° can̄. de ipſo duo facit cap⁹. vnū qđ īcipit feluçeharagi. aliud qđ īcipit liciū. Ioā. Serap̄. in antidotario. in cap̄. de epitimatibus ait. liciuʒ. i. feilneragi. Liber q̄ dī Bulchaſis in trac. 2° ait. ſunt qui faciunt liciū ex radice arboris que dī curtan. ⁊ ſpēs ei⁹ licij noīatᷣ cohaculē. ⁊ eſt qđdā qđ affertᷣ ex aliemē:⁊ ſunt qui faciunt liciū ſm hunc modū. vt ibi docet:neqʒ ꝑ id cognoui q̄d ſit. Gētilis ſuper 5ᵐ Auicē. in fine inq̄t. hel eſt herba de qua fit liciū:in vno alio loco ſup quodā paſſu quarti ait. liciū fit ex arbore ſpinoſa que vocatᷣ açaraſch ſiue oxilacantos:quod eſt notū. Gulielmus placētinus ait. liciuʒ eſt ſuccus granoꝝ cabroſie vel cornaſtrelli. Nicolaus dicit liciū eſt ſuccus de floribus caprifolij vel oculi lucidi. Idem in lr̄a. o. ait. oculus lucidus. i. caprifoliū vel matris ſilua. vide q̄ ſi bene cōſideretᷣ capl̄m Diaſco. de licio ꝙ eius arboꝛ eſt ex acanthos. ⁊ ſm Gentilē eſt açaraſch:ſiue oxilacanthos. i. ſpina acuta. ergo liciū fit ex arbore ſpinoſa:q̄ apđ nos berberis vocatᷣ. nā ſine dubio eſt ꝯſonū:qꝛ vt dcm̄ fuit Gētilis in vno loco allegato dicit ꝙ hel eſt herba:ſed dʒ dicere arboꝛ de q̄ fit licium.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0106-5

liciuz.bel vo apud Serap.est arbor granati sylvestris qd
idem est.z sic meo tpe vidi facere liciuz ex fructu arboris
granati sylvestris que pprie est berberis:qd apud Diasc.
oxicantos dicit.z hoc liciu est optimu.vex sunt ex hoib⁹
qui faciunt liciu.vt dicit Nicolaus de quadaz herba que
matersylvax vocat.z hec apud nos iuxta hortos nascit:
cuius folia sunt ex vno latere subalbida:z ab altero viri-
dia se adherens:z inuoluens sepius sup alias platas. z hec
a nris rusticis di sciço:sz est debilius pore.etia sunt hoib⁹
qui faciunt liciu ex fructu nigro cuiusda arbusti:qd qdaz
lustragu vocat:cui⁹ folia sunt silia folys buxi ramuli recti
gb⁹cauee auiculax fiut succo granox expsso z cocto:in q
etia inuenit idonea efficacia.vt habet licium primu zc.

Pillule stomatice nostre stomachu z caput mudifi-
cant:z accipiutur omni tepore. R. turbith
3.x.masticis.3.iiy.rosarum.3.iy.aloes optimi ad pondus
omnium confice cum succo absinthy.

Iste pillule cum alia descriptione suprapoſita sunt ille
quibus vtimur.

Pillule Alandabal. R. troc.alandabal.3.x. salis ge-
me.3.i.laudani.3.xy.olei rosati quantu suf-
ficit:z sunt experte.

Has pillulas hemus in vsu sub noie pillulax alandabal
siue Hermetis:z no debemus vt sub noie pillulax alada-
bal:vt qda credut.na vide q Mesue i sua distone de pil-
lulis hz pillulas aladabal Hermetis.z pillulas alandabal
siue Hermetis.g dint iter ipas:z p troc.aladabal itelligu-
tur troc.de collogntida:qx descriptio supius est posita.

Pillule de agarico. R. agarici:masticis an.3.iy.ra-
dicis lily celestis: prassy.i.maruby an.3.i.
turbith.3.v.hierepigre.3.iiy. collogntide:sarcocolle an.3.
y.myrre.3.i.cofice cu robub.i.rob:z est mustu coctum.

Iste pillule sunt multum in vsu. Idez Mesue in cap.de
asmate habet vna alia descriptione que eade est. Auic.in
tertio can.in fen.x.in capitulo de cura asmatis habet vna
aliam descriptionem:que eadem est.

Agarici aut virtus est magnificata vt docet experientia:
non solum in euacuado flegma qd a predominio euacuat:
vex etia alios humores pharmaco educibiles.

Liliuz celeste apud Aui.est ireos. Mesue in alia descri-
ptione habet ireos:quod idem est.

Pillule de turbith:z dicuntur pillule auree. R. tur-
bith boni.3.xvi.aloes.3.i.5. masticis:rosax
an.3.vy.mirabolanorum citrinorum.3.x.croci.3.iy.confi-
ce cum succo absinthy.

Has pillulas hemus in vsu sub noie pillulax turbitha-
tax:etia sunt in vsu sub noie pillulax aureax Mesue.tn
qn medic⁹ordinat pillulas aureas itelligit sm descriptio-
ne que est de mete Nicolai. Joanes Serap.in antidotario
ait pillule alheen:z dicunt pillule auri:sed no sunt in vsu.

Pillule de lapide laçuli. R. lapidis laçuli abluti.3.
vi.epithimi:polipody an.3.viy. scamonee:
ellebori nigri:salis idi.i.salis nigri an.3.y.5.agarici.3.viy.
gariofilorum:anisi an.3.iiy. hierepigre.s.hiere Gal.3.xv.
confice cum succo endiuie.

Has pillulas habemus in vsu. lapis laçuli sm Serap.
oportet q eligatur color cuius est celestis multuz:z est le-
nis sine asperitate z sine mixtione alterius lapidis: z qui
no frangitur facile:z cuius frusta sunt magna. Mesue de
ipso loquitur in capitulo de lapide stellato.modus autem
abluendi eum dictus est supra:z sicut abluitur lapis laçu-
li:sic etiam abluitur lapis armenus.

Pillule de lapide armeno. R. lapidis armeni loti z
preparati:hierepigre an.3.v. epithimi:po-
lipody an.3.viy.scamonee cocte in citonio:idest diagredy
3.iy.gariofilorum.3.y.salis indi.3.i.5.confice cuz succo so-
latri.i.herbe more vel morelle.

Has pillulas habemus in vsu:sed raro. Idez Mesue in
caplo de soda frigida ab humore melacholico hz vna alia
descriptione que est ex ancte Alexadri:sed no idem est.

Lapis armenus sm Mesue:melior est habens colorez
mediu inter viride z obscux terreuz z indu:z hz macula-
ru distinctiones virides z nigras. Auice.ait:in ipso est ali-
quantulu açuli coloris:z no tn est in colore açuli:z non est
in eius soliditate.modus abluendi ipsum est sicut abluit
lapis laçuli:cuius modus supra fuit positus.

Pillule ad oes morbos catarri z coriçe z tussis cata-
ralis. R. myrre pure.3.vi. olibani.i. thuris
3.v.opy:iusquiami an.3.iiy.croci.3.i.5.radicum lingue ca-
nis.3.iiy.5.fiant pillule z administrentur.

Iste pillule apud nobiles medicos sunt multum in vsu
sub noie pillulax ad oes morbos catarrales.etiam sunt in
vsu sub noie pillulax de cinoglossa:sed hoc est ex secretis
medicine:z a multis cognite no sunt. Nicolaus habet vna
aliam descriptione:sed sue pprie vocant pillule de cino-
glossa:sed no sunt in vsu:tn ifra apparebit eax descriptio.
Etia infra apparebit vna alia descriptio pillulax que dnr
pillule de alchaiber.i.de cinoglossa:sed no tenent pfecte.

Lingua canis.i.cinoglossa:z componit a cinos qd est ca-
nis:z glossa qd est lingua. inde cinoglossa.i.lingua canis.
Joanes anglicus in cap.de scissuris labiox ingt.cinoglos-
sa.i.lingua canis. Mesue no ponit cu quo liquore debeat
fieri:sed vidi ipsas pfici ex succo radicis ipsi⁹ cinoglosse.

Pillule de serapino expte. R. serapini : armoniaci:
oppoponaci:bdelly an.3.y.5. seminis apy:
ameos:armel:anisi an.3.i.acori:scitaragi indi.i.lepidi:cala-
menti:foly cetauree:poly:costi:salis geme an.3.5.aloes.3.
vi.colloquintide.3.v.fiant pillule z administrentur.

Iste pillule sunt ille quas nostri doctores laudant.supra-
posita fuit vna alia descriptio ex auctoritate eiusdem:sed
non sunt ita laudate.

Armel vo scriptu sine lra.h.sm Mattheu syl.est tertiuz
genus ruthe:sz harmel cu.h.est cicuta:sz falso. na harmel
tam cu.h.qz sine.h.ide importat vt dictu fuit supra.de for-
ma ipsi⁹ in pfectione pillulax aggregati.maiox appebit.

Folium.i.malabatru:loco eius a modernis multis ma-
cis ponitur:aut spica nardi.

Centaurea.s.cetaurea minor.sunt eni due spes sm Me-
sue:maior.s.z minor iter qs distiguut ppetates note. Ele-
ctio.minor melior est in oi re:cui⁹flores z crura colore ha-
bet citrinu palcare:z melior ps plate sunt flores z semina
ipsius:z melius tepus collectionis ipsius est pn^m estatis.

Pillule de bdellio maiores. R. bdelly.3.xy.ameos
3.iy.chebulox indox:belleri.embli. venax
adustax:charabe an.3.y.5.infundat bdelliu in succo por-
ri:z fac pillulas in modum ciceris.

Iste pillule sunt ille qbus coiter vtimur.dicunt aut ma-
iores ad dnam minox:eo q plura simplicia ingrediant.
ide hz vna alia descriptione:z sunt ex inuetione sua. z hec
sunt apud quosda in vsu. Joan.Serap.in suo antidotario
habet tres descriptiones:sed non sunt in vsu. Rasis in 9°
Almaso.in cap.de hemorroidib⁹ z fistulis z ragadys que
in ano fiunt:hz vna descriptione:sed idem non est.

Bdelliu sm Pli.in britania nascit:cuius arbor est nigra
magnitudine olee folys arboris zc. Diasc.aut in armenia
illud nasci dic.z laudat illud qd lucidu est z subalbidu le-
ne eqlr cereu z q facile molit zc. Aui.distiguit in iudaicu
z mechiu.z dicit q ambo sunt ex palmis sylvestrib⁹. lau-
dat aut illa spem q est clara z amari saporis:z est muda a
lignis:z est facilis resolonis:boni odoris:cuius fumus:hz

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0107-1

odorem picis: ⁊ cum antiquaṫ bdellium iudaicũ egrediṫ a lenificatione ad exiccationẽ. Dinus florentinus in libro secũdo: in cap̄. de cura scroffulaꝝ ait. almugatb. i. bdelliũ: qđ falsum est. nã almugatb siue mugatb est radix granati syluestris. de q̃ Auic. in 2° cañ. spãle facit cap̄. ⁊ redarguit: sed male eos qui dicunt ꝙ est radix granati syluestris.

¶ Venaꝝ adustaꝝ notãdum ꝙ vena ꝑ varias intẽtiones accipiṫ: de qua Gẽtilis in 3° cañ. sup cap̄. de canonibus generalib⁹ curationis egritudinũ oculoꝝ ingt. ꝙ vena aliqñ accipiṫ pro vena tinctoꝝ. i. rubea tinctoꝝ: aliqñ pro vena celidonie: aliqñ pro mineralibus terre: aliqñ sumiṫ vena pro vermibus terrestribus: alij v̾o ꝑ venas itelligũt radices feniculi ⁊ petrosellini ⁊c̃. sed in isto loco ꝑ venã aliud intelligiṫ. est enim lr̃a corrupta. nã debet dicere auellanarum adustaꝝ: sicut testatur Mattheus syluaticus in littera vena. vbi sic ait. vena est radix plãtaꝝ: vel vena corporis. veꝝ est ꝙ in antidotario Damasceni. i. Mesue i receptionẽ pillulaꝝ de bdellio. poniṫ venaꝝ adustaꝝ: qđ contingit ex errore scriptoris: q2 dꝫ dicere auellanaꝝ adustarũ que oĩbus note sunt. Lumen apothecarioꝝ dicit qđ dꝫ dicere veneriaꝝ adustaꝝ. i. radicuꝫ acori: sed hoc falsum est: vt pꝫ ex sñia Matthei syluatici qui alterius est auc̃tis q̃ꝫ istud fuscum lumen: vel adhuc verius tenebra.

Pillule de bdellio ex inuẽtione nostra. ℞. mirabolanorum nigrorum: emblicorum: bellericorum añ. ʒ. v. bdellij. ʒ. io. scorie ferri: seminis porri añ. ʒ. ij. coralli adusti: charabe: concule aduste añ. ʒ. i. ß. margaritarum. ʒ. ß. confice cum aqua porri.

¶ Has pillulas hẽmus in vsu: sꝫ nõ tãtũ vt maiores. corallus ꝭm Dia. arbor est q̃ in fundo maris nasciṫ. qñ aũt simplr̃ repiṫ corallus de rubeo itelligiṫ. modus aũt adustionis ipsi⁹ talis est. opꝫ ꝙ teranṫ grosso mõ: ⁊ ponanṫ in olla terrea: ⁊ ponanṫ in furno ꝑ nocteꝫ: si bñ cõburiṫ bñ est. si nõ: iteꝝ ponanṫ donec cõburanṫ: ⁊ melior corallus est qui est vere rubedinis: ⁊ q nulla aut pauca foramina habet.

Pillule de collogntida. ℞. collogntide. ʒ. vi. mirab. nigroꝝ citrinoꝝ: serapini: bdellij: sarcocolle añ. ʒ. v. aloes. ʒ. vij. nigelle: cimini: carmen: origani: persici: nasturtij albi: salis gẽme: visci romani añ. ʒ. i. infunde gũmas in aqua porri: ⁊ fac cum ceteris pillulas.

¶ Has pillulas habemus in vsu: sed nõ multũ. Collogntida ꝭm intẽtionẽ Mesue est fel terre. ꝭm v̾o intẽtionẽ Isidori fel terre ꝓprie est cẽtaurea. Idẽ sentit Simon Januensis. Circa instans aũt ait. collogntida pomũ est cuiusdaꝫ fructus in transmarinis partibus nascẽtis circã regionem Hierusalem: ⁊ cucurbita alexãdrina diciṫ: ⁊ nota ꝙ tam pomum q̃ꝫ fructus diciṫ colloquintida.

¶ Nasturtiũ albũ. i. nasturtiũ babylonicũ. Auic. in quinto cañ. in metridato inquit. alseis. i. nasturtium babylonicũ. ⁊ ꝭm Mattheum est nasturtium orientale: de eo dictum fuit supra in confectione metridati.

¶ Viscum romanũ. i. glutẽ romanũ: ⁊ glutẽ romanũ apud Serap̄. est mastix. Auicẽ. mastix alius est romanus albus: ⁊ alius ennabarbi ad nigredineꝫ declinans: ⁊ melior est ille qui est albus mundus ⁊ magnus.

Pillule de oppoponaco. ℞. oppoponaci: hermodactyli: serapini: bdellij: armoniaci: colloquintide añ. ʒ. v. croci castorei: myrre: çinçiberis: pipis: macropipis: cassie: mirabo. citrinoꝝ: indoꝝ: bellericoꝝ: emblicorũ añ. ʒ. i. scamonee. ʒ. ij. turbith. ʒ. iiij. aloes. ʒ. xij. ifundanṫ gũmi in aqua caulium: ⁊ fiant ex eis pillule.

¶ Has pillulas hẽmus in vsu: maxime ꝭm istã descriptionẽ: ipse in cap̄. de paralesi hꝫ aliã descriptionem: sed nõ est eadẽ. ⁊ Auic. in gnto cañ. habet aliam: ⁊ est eadem.

¶ Oppoponacũ ꝭm Mesue est gũmi plãte cuiusdaꝫ similis ferule: cuius stipites eleuanṫ super terrã circiter cubitum vel duos: ⁊ melius ex eo est qđ est citrinũ extra: ⁊ subalbidum intus: ⁊ qđ est amaꝝ. Auic. ait. oppoponax est arbor que non eleuaṫ a terra: ⁊ similanṫ ipsius folia folijs ficus. idẽ in cap̄. de chemescir ait. qđ est in dispõnib⁹ alieusir. i. oppopohacis: ⁊ aliquando vocatur alsosir.

Pillule de hermodactylis maiores. ℞. hermodactyloꝝ: aloes: mirabo. citrinoꝝ: turbith: colloquintide: cuius loco possunt poni troc. alandabal: bdellij: serapini añ. ʒ. vi. castorei: sarcocolle: euforbij: oppoponaci. harmel. i. tertij generis rutbe: apij añ. ʒ. ij. croci. ʒ. i. ß. confice cum succo caulium: ⁊ fac pillulas.

¶ Iste pillule sũt ille gb⁹ vtimur: dicunṫ maiores ad dr̃iaꝫ minoꝝ: eo ꝙ plura simplicia igrediunṫ pillulas maiores q̃ꝫ minores: ⁊ ambe sunt in vsu: ⁊ ex inuẽtione sua sunt in vsu. Rasis in 9° Almãsoris hꝫ vnã aliaꝫ descriptionẽ: sed apud nos nõ est in vsu: tñ infra descriptio sua apparebit.

¶ Hermodactylus ꝭm Mesue est radix herbe montane: ⁊ eius alius est lõgus sicut digitus: ⁊ alius rotũdus est. ille de quo ipse intelligit est alius albus: alius rubeus: ⁊ alius niger. melior ex eis est ille qui hꝫ ꝓpetates tres bonas. s. qui est albus ⁊ vere albedinis intra ⁊ extra: ⁊ qui est grossus ⁊ qui est duriciei mediocris. Auic. in 2° cañ. duo facit cap̄. vnuꝫ de flore qui dr̃ digitus Hermetis. aliud de hermodactylo. hec apud nos in locis aquosis nasciṫ: sed non est valde vtile. ille v̾o qui in mõtibus reperiṫ est nobilior. hec radix vtilis est gdeꝫ egritudinib⁹ iuncturaꝝ. Sal. aũt in cap̄. de medicinis Zenonis in suis expimẽtis in c̃lio de cẽtaurea pro hermodactylo scripsit zurugen: qđ idẽ est.

Pillule de hermodactylis miores. ℞. hermodactyloꝝ. ʒ. v. scamonee. ʒ. ij. ß. mirabo. citrinoruꝫ. ʒ. iij. rosaꝝ. ʒ. ij. aloes. ʒ. x. confice cũ chatartico rosato.

¶ Iste pillule ꝭm istã descriptionẽ nõ sunt in vsu. põt autẽ dici ꝙ dr̃ minores: eo ꝙ pauciora simplicia ingrediãtur ad dr̃iaꝫ maioꝝ: vl̃ dr̃ minores: q2 hñt minorẽ efficaciã.

¶ Chatarticum v̾o apud grecos est purgatiuuꝫ. ⁊ ideo hic Mesue docet conficere ꝑdictas pillulas cũ chatartico rosato. i. cũ purgatiuo facto cũ succo rosaꝝ: qđ vocaṫ electuarium rosatũ ex auc̃te ipsius: sed electuarium de succo rosaꝝ est ex auc̃te Nicolai: sed hic de illo quod fit de mente Mesue debet intelligi ⁊ poni: ⁊ non aliud.

Pillule de hermodactylis ex inuẽtione sua. ℞. hermodactylorum: aloes añ. ʒ. v. mirabolanoꝝ citrinoruꝫ: turbith añ. ʒ. iiij. çinçiberis. ʒ. ij. fac pillulas cuꝫ electuario rosato: da. ʒ. ij.

¶ Iste pillule q̃ sunt ex inuẽtione Mesue apud nr̃os medicos sunt multũ in vsu. sunt eniꝫ expte ad ea q̃ dicit Mes. ⁊ sic etiã maiores sunt expte: sed minores non tantum.

Pillule sebelie. ℞. spice inde. ʒ. v. spice romane. ʒ. ij. raued: agarici: epithimi añ. ʒ. iiij. costi: masticis: camedreos: amomi añ. ʒ. ij. croci. ʒ. ij. myrre: cinnamomi: gariofiloꝝ: squinãti añ. ʒ. i. aloes. ʒ. x. fiant pillule cum vino antiquo: ⁊ da. ʒ. ij. cum vino permixto.

¶ Has pillulas habemus aliqñ in vsu ꝭm quosdam dicuntur sebelie a compositore.

¶ Spica romana apđ Aui. est spica celtica. idẽ ait Serap̄. in cap̄. de spica. vide de spã in ꝯfectione de spica romana.

¶ Hic est finis impositus distõni pillulaꝝ q̃ posite sunt in antidota. Mesue. nũc alias ab eo ⁊ alijs alibi colligemus.

Pillule hichichie Mesue in cap̄. de tussi sicca. ℞. succi liquiritie: çucchari tabarçet. i. albi añ. auṙ. vi. siue. ʒ. ix. amili dragaganti amigdalarum dulcium añ. ʒ. iiij. confice cum mucillagine psilij vel citonioꝝ.

¶ Has pillulas hẽmus in vsu: maxie ꝭm hãc descriptionẽ. idem in cap̄. de raucedine vocis hꝫ vnã aliã descriptionẽ:

sed non

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0108-7

sed nõ est in vsu. Rasis in nono Almãso. in cap. de tussi hꝫ vnã aliã descriptionẽ: ꝛ eadẽ est. Auic. in 3° cañ. in fen. 10. in cap. de cura tussis ꝛ sputo sanguinis: hꝫ vnã aliã descriptionẽ: sꝫ nõ est eadẽ. lumẽ malelucẽs describit vnã descriptionẽ ex auctẽ Mesue: sed falsa est descriptio sua in pondere: ꝛ nõ debẽt fieri. ¶ Pillule aũt bichbichie vl' bechias est cõpositio ad tussim: ꝛ earũ forma est vt lupinus aut trociscus: ꝛ tenentur sub lingua lambendo.

Pillule de croco. Mesue in ca. de raucedine vocis. Recipe croci. ʒ. iiij. cubebe. ʒ. i. ʒ. succi liquiritie: olibani. i. thuris aã. ʒ. i. fac pillulas cuꝫ rob. i. vino cocto ꝛ sint pillule magne: ꝛ teneat patiens vnaꝫ sub lingua: ꝛ glutiat saliuam eius: ꝛ sunt experte.

¶ Has pillulas nõ hẽmus in vsu. ¶ Crocus. s. orientalis q vulgo dr̃ çaffaram. Joã. Serap. in suo breuiario in cap. de egritudinib⁹ que generanꝫ in aurib⁹ ait. çaffaram. i. crocus orientalis. idem dicunt arabes.

Pillule alie ꝯferẽtes ad oẽs reumaticas passiões: ꝛ sunt de libro Alexãdri medici: ꝛ eas describit Mesue i ca. de cura catarri: quaꝝ hec est ꝑmixtio. ℞. myrre. ʒ. iiij. thuri masculi. ʒ. iij. ʒ. opij: iusqami: radicũ alcalchar sicce aã. ʒ. ij. ꝯfice cũ succo alchaçaber humide. da ex eis a tribus vsqꝫ ad. v. in sero: sunt enim mirabiles.

¶ Iste pillule. ꝺm itentionẽ Mesue sunt ex auctẽ Alexandri medici: ꝛ sic credo: qꝛ ideꝫ in cap°. de tussi ait. Alexander. cõfectio pillularũ ad tussim catarraleꝫ: ꝛ est ex medicinis benedictis: ꝛ est ex secretis artis: ꝛ cõferũt ad omnes egritudines catarrales: ꝛ vocanꝫ pillule alchaiber: ꝛ dicte sunt in cap. de catarro. ꝛ sic est ꝙ hec est descriptio pillularum de alchaiber: ꝛ qd sit alchaiber gñaliter ignoraꝫ. Jo. arculanus in cap. de catarro ait. pillule alchaiber ꝺm descriptionẽ Alexãdri medici apud Mesue in fine ca. de catarro sunt prestãtissime. Et ꝑ alchaiber itelligitur cinoglossa siue lingua canis: ꝛ sic est ꝺm veritatẽ. ꝙ hec est descriptio pillularũ de cinoglossa: sed apud nos nõ sunt in vsu. illa võ descriptio qua vtimur est illa quã superius scripsi sub nomine pillulaꝝ ad omnes morbos catarri.

¶ Alcalcachar siue calcachar est lingua canis siue cinoglossa: ꝛ cõponiꝫ a cinos grece qd̾ est canis: ꝛ glossa qd̾ est lingua. Et nota ꝙ meo tpe vidi multos herbaticos vẽdentes ignorãtib⁹ apothecarijs qnquenerujã siue plãtaginẽ minorem pro lingua canis: sꝫ aliud est. hic võ ꝑ alcalcachar siccam itelligiꝫ radix ipsius pulueriçata ac contrita.

¶ Alchaçaber humida. i. recẽs: ꝛ est lingua canis seu cinoglossa: sed gñal'r dubitãt aliq an alcalcachar ꝛ alchaçaber sint ideꝫ: sed sine dubio idẽ sunt: verũ est ꝙ ꝑ alcalcachar itelligitur radix ipsius: ꝛ per alchaçaber itelligitur succus ipsius. sil'r in antidotario Nicolai in cõfectione pillularuꝫ de elacterio. Nicolaus dicit de elacterio quãtuꝫ de pulueribus hoc est de puluere radicum elacterij: ꝛ est radix cucumeris asinini: postea ait. cõfice cũ succo sicidis. i. cũ succo cucumeris asinini: tñ idem debet intelligi.

Pillule de storace. Mesue in cap. de tussi. ℞. storacis liqde albe: olibani myrre: succi ligritie: opij aã. ʒ. iiij. fiant pillulẽ sic cicer. dosis ei⁹ est. ij. aut. iij.

¶ Has pillulas nõ habemus in vsu. Rasis nono Almãsoris in cap. de tussi: hꝫ vnã aliã descriptionẽ que eadem est. idem in libro diuisionũ in cap. medicinaꝝ tussis asmatis: ꝛ saniei: habet vnam aliam descriptionem.

¶ Storax liquida est satis nota.

Pillule de hiera simplici. Mesue de mẽte Gal. ℞. spẽꝝ hierepigre Gal. ʒ. i. ꝯficianꝫ cũ melle dicto geleniabin quãtũ sufficit: ꝛ fiat magdaleon.

¶ Iste pillule sunt multũ in vsu: descriptionẽ võ spẽruꝫ vide supra in tractatu de electuarijs: in loco vbi est hierapigra: sicut dictũ fuit de spẽbus hierepigre: fit ꝯfectio hierepigre cũ melle ꝺm artem: ꝛ hec dr̃ a doctorib⁹ hierapigra Gal. ꝛ qñqꝫ de ꝑdictis spẽb⁹ cõpletis cũ geleniabin fit pasta bona: ꝛ tunc a doctorib⁹ vocantur pillule de hiera Gal. seu de hiera simplici: ꝛ de istis dꝫ itelligi qñ simpl'r medicus ordinat hierã: ifra apparebit vna alia descriptio pillularũ de hiera cõposita: que etiã sunt in vsu.

Pillule masticine ꝺm Cõciliatorẽ in cap. de indigestiõe stõchi. ℞. masticis. ʒ. iiij. aloes electi. ʒ. x. agarici boni. ʒ. iiij. cõfice cum succo altillie ꝛ fiant.

¶ Iste pillule sunt ille quas nostri doctores laudauerũt in multis ꝓprietatib⁹. Frãciscus de pedemontiũ in cap°. de medicinis appetitus corrupti: ponit hãc candẽ descriptionem. Ideꝫ Frãciscus in cap. de nocumẽtis digestionis: ex quibus est debilitas destructio ꝛ corruptio: ꝛ cura eius hꝫ aliã. Mesue in suo grabadin in ca° de caputpurgijs ꝯferẽtibus sode frigide hꝫ vnã aliã descriptionẽ: ꝛ dicit ꝙ mundificant stomachũ ꝛ caput ꝛ accipiunꝫ omni tpe: ꝛ dicunꝫ pillule de mastice: sed non sunt in vsu.

¶ Altillia aut altimilia ideꝫ est. O quãta differẽtia reperiꝫ in hac maxime ab ignorãtib⁹ apothecarijs ac medicis vt est lumẽ malelucens. nam ipse dicit ꝙ altile est vinuꝫ vel sapa vel rob: quod falsuꝫ est. verum si Cõciliator diceret: conficianꝫ cum tile esset vinũ coctuꝫ: sed ait cũ succo altillie. i. arthemisie. nã istud vocabulũ (sic dictũ fuit mihi) est quasi vulgare: quia in partibus hyspanie dicũt altimilia. i. arthemisia. Preterea Auicẽ. in quinto canonis in tyriaca Esdre inqt. succi altillie ꝛ est albelengesif. ꝛ dr̃ abrotanum syluestre. ergo est arthemisia. nam belengesif apud Gal. in sexto simpli. est arthemisia. Preterea Conciliator seu Petrus de ebano dicit ꝙ cõpositio haꝝ pillulaꝝ est medicina matricis vitiose ꝛ viscerũ iterioꝝ. arthemisia ad idem mirabil'r valet: ꝛ sic est ꝙ altillia est mater herbaꝝ siue arthemisia: loco eius põt poni syrupus de sticados.

Pillule de quatuor reb⁹ ꝺm Frãciscũ de pedemontiuꝫ in cap. de dolore intestinoꝝ ꝛ medicinis eius: ꝛ sunt expertissime. ℞. colloquintide: loco eius troc. alandabal: serapini: salis gẽme: diagredij cocti aã. ʒ. ij. terantur: ꝛ conficiantur cum succo porri.

¶ Iste pillule nõ sunt in vsu apud nos. dñr aũt de q̃tuor rebus a q̃tuor simplicib⁹ q̃ in ipsis igrediunꝫ sine liquore.

Pillule de benedicta. ℞. specieꝝ benedicte simplicis completaruꝫ. ʒ. vi. fiant ex eis pillule cũ geleniabin. i. melle rosato.

Pillule de spica ꝺm Francisc. de pede. in cap. de hydropisi. ℞. spice. ʒ. iiij. agarici: amomi: raued. i. reubarbari. Epitomi: masticis: costi: camedreos aã. ʒ. iij. myrre cinami. i. cinnamomi grossi: squinanti: gariofilorum aã. ʒ. i. aloes. ʒ. viij. fiant pillule.

¶ Iste pillule nõ sunt in vsu. ¶ Spica. s. spica nardi. Diasnardus herba est spinosa. nam a grecis nardostachios appellaꝫ: eius genera sunt duo. vnum indicum: ꝛ aliud siriacum: sed nõ qꝛ in syria inueniꝫ: ideo nomen accepit: sed qꝛ mons vbi nasciꝫ pars eius in indiã porrigitur ꝛc̃.

Pillule sine qbus eẽ nolo ꝺm Nicolaum. ℞. aloes optimi abluti ꝛ odoriferi. ʒ. xiiij. quinqꝫ mirabolanoruꝫ: reubarbari: masticis: absinthij: rose: violarũ: sene. s. folliculoꝝ sene. agarici: cuscute aã. ʒ. i. tẽperenꝫ cuꝫ succo feniculi: in quo sint scamonee hñ trite. ʒ. vi. ʒ. admisceanꝫ: ita tñ ꝙ puluis scamonee ꝑpañũ i ipo succo sit expressus: ꝛ sit tãtũ succi qd̾ sufficiat ad cõfectionẽ pillularũ ad modũ ciceris iformenꝫ manib⁹ cũ oleo violato vnctis vel oleo cõmuni abluto ꝺm doctrinã: ꝛ vsui reserua.

¶ Pillule a rotunditate dicunꝫ. sine qbus eẽ nolo propter magnã efficatiã ꝛ virtutẽ quã hñt ad purgãdos humores:

etiā valent ad obscuritatē oculoz. Gilibertus de anglia in cap. de scothomia et vertigine: hz vnā aliā descriptionez que est conformis huic. Quinqz mirabolani sūt proprie citrini chebuli nigri. i. indi emblici et bellerici: et sic iste qnqz spēs debēt itelligi ꝑ qnqz mirabolanos. sm. n. q̊sdā sapiētes spēs mirabolanoz sunt tm̄ tres. s. citrini: chebuli et idi. nā alias duas spēs nō cōputāt iter mirabolanos. qre Mesue separata de ipsis facit capl'a. moderni vo addiderunt bellericos et emblicos: et sic ꝑ qnqz mirabolanos: de istis qnqz intelligitur. vnde versus. Mirabolanoz spēs dic qnqz bonorū. Citrinus chebulus belliricus emblicus indus.

Scamonea est solutiuum magnum anthonomasice. sm itentionez Nicolai in istis pillulis dz eē bene trita: sed sm opionē aliquoz doctoz debet eē grossa: dum ponit in pillulis ac electuarys: et inquiunt ꝙ rō hec est ꝑ ꝙ scamonea est venenosa et est valde nociua stōcho et furiosa. vñ si bene trituraret itraret porositates stōchi: et lōgo tpe ibi maneret: apothecary vo moderni sic faciūt: sz loco eius ponūt diagrediū. i. scamoneā pparatā coctā i pomo citonio. antiqui dicebāt diagrediū vel acridiū: moderni diagrediū.

Pillule auree. ℞. aloes diagredy añ. ℥. v. rose seminis apy añ. ℥. y. ʒ. anisi: feniculi: masticis añ. ℥. i. ʒ. croci collogntide iterioris. ℥. i. iformentur ad moduz ciceris: cum aqua infusionis draganti.

Has pillulas hēmus in vsu. dicunt aūt auree: qz sic aurū iter oia metalla preciosius est: sic iste pillule iter oēs alias ꝑciose habent. Gilibertus de anglia. in cap. de scothomia: et vertigine: hz vnā aliam descriptionez que eadem est. suprapposita fuit vna descriptio sub nomine pillulaz de turbith: et sunt de mēte Mesue qui dicit ꝙ sunt pillule auree: sed nō sunt tante dignitatis vt iste.

Pillule de castoreo. ℞. castorei: piretri: opy: croci: cinciberis: euforby: elactery: mathematicon: leucopiperis. i. albi: nigelle: saxifragie: epithimi: spice scz nardi: ellebori albi ana. ℥. i. confice cum succo blete: informa ad modum piperis.

Iste pillule nō sunt in vsu. Castoreum autē est aial quod apud Serap. castor vocat. Auic. aūt ait. castoreuz est testiculus aialis marini qd submergit: et iuenit par suspensum ex radice vna sicut duo fella vaccina exiccata: et hz corticē subtilē qui quolibet tactu frangit. Electū ex eo est qd duo testiculi sunt simul adherētes pares. illud. n. nō adulteratū est: et eius qdē adulteratio fit ex oppoponaco: et gūmi cōfectis cū oleo et pauco castoreo: et desiccatur in vesica.

Elacteriū est succus cucumeris asinini sm cōpositorez. idē dicit Dia. ifra in pillulis de elacterio melius ostēdam.

Mabatematicō. i. succus cauliculi agrestis sz Nicolaū. caulis vo agrestis sm Dia. nascit in locis maritimis et desertis: albidior et lōgior domestico: et amarus. qdā putāt: sz nō recte ipm eē cōdisi seu structiū: de quo circa istás structium est cauliculus agrestis: sed falsum dicit. idem ibi ait vbi inuenit. ℞. mabathematicō succus ponit q sic appellatur: veritas tm̄ est ꝙ mabathematicō est succus cauliculi agrestis: sed non est structium. i. condisi.

Pillule optomere. ℞. aloes diagredy añ. ℥. y. colloquintide interioris: epithimi cretici. i. illius isule: agarici: chebuli: masticis: absinthy añ. ℥. i. tēperentur cū succo strigni: et in modum ciceris informentur.

Has pillulas non habemus in vsu. dicuntur autez optomere. i. de octo rebus.

Strignus sm Diasc. spēs habet quatuor. quarum prima est hortulana: odoris iocundi: hec comedit: et hec est quaz nos solatrū vocamus: aut morelā vulgo. Macer. Herbaz quā greci strignum dixere: latini Maureolam dicunt. sm Serap. solatrū est vua vulpis. sm vo Mesue vua vulpis aliud est vt apparet apud ipm in cap. de alfessera: sz maior pars sapientum tenet hanc opinionem ꝙ vua vulpis siue vua canina sit strignum seu solatrum.

Pillule stiptice valent contra fluxum ventris. ℞. myrtillorum: balaustie: psidie: simphiti: sanguinis draconis: boli ar. acatie: rosaruz: tartari. i. lapidis vini: hypoqistidos: sumach. i. roris siriaci: croci: gallie muscate: galange: cinnamomi: spody macis: gūmi ara. añ. ℥. i. opy thebaici. ℥. ʒ. temperentur cum succo cimarum myrte: vel lentisci: vel plantaginis: et fac pillulas in moduz ciceris: nō sunt tamen in vsu apud nos.

Psidia. i. cortex granati: psigia vo est storax liquida.

Simphitū. i. cōsolida maior: seu anagalicum. Auic. in 2° canonis scribit succutū: sed est simphitū: dicit ꝙ est sempuiua: et dicit ꝙ est spēs seminis mandragore. idē in 3° can. in fen. x. in cap. de cura sputi sanguinis ait. succutum et est semperuiua: et dixit. vir in qbusdam que aggregauit ꝙ est spēs calamēti nascens iter lapides que teritur et comedit cū sale: et noiatur nimusil alhure syluestre: et in hoc est cōsideratio: neqz per id Aui. cognouit quid esset.

Lentiscus arbor est nota. Isido. in cap. de ꝓprys nominibus arboz ait. lentiscus dī ꝙ cuspis ipsius lentus sit et mollis. nā lentū dicimus quicqd flexibile est. vnde et lentū vimē et vites. Virgilius et lente vites. i. flexibiles: cuius fructus oleum desudat cortex resinā que mastix appellat: cuius plurima: et melior in chio insula gignitur.

Pillule de qnqz gnib9 mirabolanoz. ℞. oiuz mirabolāoz: agarici: diagredy: collogntide: sene añ. ℥. i. ʒ. epithimi: turbith: anisi: maratri: masticis: lapidis laçuli añ. ℥. y. ʒ. q̄. v. aloes. ℥. i. cōficiant cū succo absinthy.

Has pillulas nō hēmus in vsu. Bartho. mōtag. i suo antidotario hz vnā aliā descriptionē et eadē est. Nicolaus dicit ꝙ sunt pillule de quinqz generib9 mirabolanoz. postea ait. ℞. oium mirabolanoz: qd nō est sic dicendū. nam per qnqz mirabolanos itelligunt citrini: chebuli: indi: emblici: et bellirici: et per oēs mirab. itelliguntur sex. naz Serap. ponit seni quod nō reperitur apud Mesue. verū hodie ꝑ omnes mirabolanos qnqz mirabo. intelligi volunt. s. citri. chebu. indos: belleri. et embli.

Pillule arthetice valēt ꝯ arthericā et podagraz. ℞. hermodactyloruz: turbith agarici añ. ℥. iiy. cassie: spice: gariofoli: xilobalsami: carpobalsami: cinçiberis: masticis: feniculi: anisi: saxifragie: scis spagi: brusci: rose: granoz solis. i. mily solis: salis gēme añ. ℥. ʒ. aloes ad pōdus oium: cōficiant cū succo feniculi vel iue.

Has pillulas hēmus in vsu. dicunt aūt arthetice: qz valent ad artheticā passionē. i. ad passionē iuncturaz: nō aūt dicunt arthetice ab herba que artherica dī. cuius forma est sicut cōsolida minor cū flosculo celesti. iuxta vias hec nascitur. Gilibertus de anglia in ca. de cura arthetice sm magistros ait. pillule arthetice magistroz salernitanoz: et idē sunt. Nicolus florētinus in libro septimo. in caplo de preseruatione a doloribus iuncturaz ait. pillule salernitanoz que vocantur pillule arthetice: et idem sunt.

Iua. i. çiniā. Mes. laudat ipsaz in ca° de egritudinibus neruoz: gnalr apothecary faciūt ipsas pillulas cū succo feniculi: sz Gilibertus ac Nicolus laudāt magis succū iue: et est camepitheos: sed hec a multis cognita non est.

Pillule ante cibuz et post. ℞. masticis: granoz solis. i. mily solis: croci: spice. s. nardi: nucis muscate: gariofiloz: macis: cinciberis: galāge: iunipi: apy: petrosellini: feniculi: sparagi: brusci: cyperi: carui: cubebe: xilobalsami: camedreos: camepitheos: thimi: epithimi: sene costi: saxifragie: lapidis lyncis: pulegy: sileris mōtāi: turbith: ameos: amomi: scis anheti: portulace: lactuce: çedioarie

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0110-6

añ.ʒ.i.reubarbari ad pondus oīum:aloes ad pōdus reubarbari:⁊ oīum aliorꝝ cōficiunt cū vino veteri rubeo.

¶ Iste pillule apud nos nō sunt in vsu: sꝫ ſm itentionē luminis tenebrosi sunt in vsu sub noīe pillularū imꝑialiū:sꝫ nō recte.nā iste nō sunt pillule imꝑiales:qbꝰ gñaliter vtimur:vt est notū doctoribꝰ ac apothecarijs.illaꝫ vo descriptionē pillularꝝ imꝑialiuꝫ qbꝰ vtimur iferius subiungam.

Pillule de electuario seu elacterio.℞.aloes.ʒ.ij.masticis.ʒ.i.elacterij cītū de pulueribꝰ.s.ʒ.iij.cōfice cū succo sicidis vel cum succo actis vel cameactis:⁊ da.ʒ.iij.vel.v.suauiter eniꝫ soluunt ⁊ ꝑncipaliter melancholiā ⁊ flegma purgāt:secundario choleram.

¶ Has pillulas habemus in vsu:tñ non multum sub noīe pillularꝝ de cucumere asinino.nā elacteriuꝫ est succus cucumeris asinini sicut apparet apud Dias.in ꝓprio cap.de elacterio.Preterea Serap.ca.ð cucumere asinino ait.elacterium fit ex fructu cucumeris amari in hūc modū.Accipe de cucumeribus istis anteq̄ꝫ veniant ad plenā maturitateꝫ ⁊ coacerua eos:⁊ dimitte sic nocte vna.postea in meridie pone corā te vas:⁊ pone suꝑ cribrū nō spissuꝫ ⁊ resupina suꝑ ipm cultelluꝫ ⁊ fac sicut docet ibi Sera.⁊ melius elacteriū est illud qð vergit ad colorē albū leue:amarꝝ humidū:⁊ qñ appropinquat lumini accenditur.

¶ Petrus de crescētijs ait.cucumer agrestis est herba nota:ex cuiꝰ succo fit elacteriū.idē ait circa istans:lacterides aūt aliud est:vt appꝫ apud Dia.⁊ est cataputia.

¶ Sicidis.i.cucumeris asinini:⁊ hic itellr de radice.ignorātes apothecarij mirantur ꝙ elacterium sit succus cucumeris asinini:⁊ sicidis sit radix ipsius:⁊ dicūt ꝙ poſſe nō ē ꝙ in istis pillulis igrediat succus fructus cucumeris ⁊ radix ipsiꝰ:sꝫ tales ignorāt.nā experiētia reperit eadē in pillulis alchaiber.i.de cinoglossa:vt dictum fuit supra.

¶ Actis.i.sambucus:cameactis.i.ebulus quasi infima seu humilis actis a chame qð est ifimū:qui aūt dicit.Ebulus est actis sambucus est chameactis.non dicit veritatem:⁊ hec apud nostros rusticos lorex dicitur.

Pillule de cinoglosa.℞.cinoglose:opij:semis iusquiami añ.ʒ.iiij.myrre trocliten.ʒ.vi.olibani.ʒ.v.gariofoli.ʒ.ij.cinamomi:coçūbri añ.ʒ.ij.ꝯfice cū rodostomate.i.cū aq̄ rosata:⁊ forment ide pillule ad modū ciceris:ex qbus.v.aut.vij.eunti dormitū exhibeātur.

¶ Iste pillule apud nos sūt i vsu:sꝫ nō vtimur ipsis ſꝫ istā descriptionē:illa vo descriptio qua vtimur fuit posita supra sub noīe pillu.ad oēs morbos catarrales:ēt supra habita vna alia descriptio de mēte Alexandri medici:vt supra ostensum fuit.Hilibertus de anglia in caplo de causis tussis:hꝫ vnā aliā descriptionem ⁊ eadem est.

¶ Cinoglosa est herba dicta lingua canis silis cinoglose.i.plātagini maiori:nisi qꝛ nō sunt ei coste apparētes i folijs eius:sꝫ sunt leuia satis.hec apud nos i pratis ac iuxta vias nascit cū flore purpureo:tēdēte aliq̄ꝫtulū ad rubedinē.falsi aūt herbatici ignorātibꝰ apothecarijs vēdunt pro lingua canis qnquenerujā seu lanceolā: sꝫ ignorātia est i vtrisqꝫ.

¶ Coçūbri.i.fex storacis liqde.ſm cōpositorē est storax rubea:seu timiama:seu thus iudeorꝝ in medio storacis calamite:aliqñ coçūbrum inuenitur ei adherens.

¶ Myrra troclitē.i.myrra troclites:siue smyra:siue myrra rotunda minuta optima ac odorifera.circa instans ait:myrra gūmi est cuiusdaꝫ arboris:cuius eligenda est clara ⁊ citrina:vel subruffa:interius aliquantuluꝫ lucida ⁊ grossa:⁊ alia est myrra minuta:alia est grassa:⁊ illa myrra trocliten dicitur vel a loco:vt quidā dicūt dꝛ myra troclidē:potest seruari per centum annos.

Pillule arabice.℞.aloes.ʒ.v.brionie:quinqꝫ mirabolanorꝝ masticis:diagredij:assari.i.assarebaccare:rosarū añ.ʒ.viij.cōfice cum succo cauliuꝫ vel absinthij addendo croci.ʒ.i.castorei.ʒ.iij.

¶ Has pillulas hēmus in vsu.Hilibertus de anglia in cap.de cura arthetice:ſm magistros hꝫ vnā aliā descriptionē:⁊ eadē est.illa vo descriptio quā scribit lumen malelucens nō est fienda:qꝛ deficit crocus in pondere.

¶ Brionia.i.cucurbita agrestis.hec apud Dias.vocat ampellos leuce:vide de ipsa in cōfectione de alfescera.

Pillule de hiera magna.℞.specierum hiere pigre magne.ʒ.iiij.cum melle rosato fiant pillule:aut cum succo absinthij.

¶ Iste pillule sunt i vsu sub noīe pillularꝝ de hiera magna.qdam vocāt ipsas de hiera cōposita:cuius descriptio fuit suꝑius posita sub noīe hiere pigre magne:⁊ iste oēs pillule supradicte sunt de mente Nicolai.

Pillule ad febrē quartanā i antidotario Ioā.Sera.℞.costi amari:spice aromatice:camedreos:cinamomi:croci:assari:cimarū:sqnāti:carpobalsami:amomi:scordeon:folij aristologie rotūde:polij:masticis:gariofilorꝝ:gētiane:ellebori nigri añ.ʒ.ſ.epithimi cretēsis agarici:polipo.myrre añ.ʒ.iij.aloes abluti.ʒ.ix.terāt ⁊ ꝯficiāt.

¶ Has pillulas hēmus in vsu:⁊ valent mirabilr ꝯtra quartanā.idem Io.Serap.hꝫ vnā aliā descriptioneꝫ:sꝫ hec est nobilior:dixerūt qdā expimētatores si accipiant cū vino albo q̄tuor folia pētafilonis pulueriçati iuuant ⁊ destruūt quartanā in matutinis tribꝰ aut q̄tuor.Et si dent de ipsis folijs tria valent tertianarijs.infra apparebit vna alia descriptio harꝝ pillularꝝ:que etiam sunt optime.

Pillule cōmunes ſm Rasim in 4° Almansoris in cap.de pestilētia:⁊ eius cautela.℞.aloes.s.succotrini.ʒ.iiij.croci orientalis.i.cōmunis:myrre añ.ʒ.ij.dentur ex eis in principio pestilentie.

¶ Iste pillule apud nos sūt in vsu sub noīe pillularꝝ cōiuꝫ.ēt sunt in vsu sub noīe pillularꝝ sine custodia.Aui.in libro 4° in cap.de preseruatione a pestilētia hꝫ vnā aliā descriptionē:sed ipse nō ponit dosim specierꝝ.Frācîscus de pedemontiū in cap.de cura passionū cordis ex aere pestilentiali hꝫ vnā aliā descriptioneꝫ sic dosando.℞.aloes:croci añ.ʒ.ij.myrre.ʒ.i.ſ.moderni gñaliter faciunt ipsas vt docet Rasis.⁊ debēt ꝯfici cū vino albo claro subtili ⁊ odorifero.Frācîscus aūt vult ꝙ cōficiant cum aceto.

Pillule chochie ſm Rasim in 9° Almā.in ca.de cephalea ⁊ emigranea.℞.pulueris pigre.ʒ.x.collogntide.ʒ.iij.⁊ tertiā.scamonee.ʒ.ij.ſ.turbith:sticados añ.ʒ.ſ.misce ⁊ fiant pillule ex istis:⁊ sunt doses decem.

¶ Has pillulas hēmus in vsu:maxīe ſm istā descriptionē.dicunt aūt cochie.i.capitales a cochos grece qð est caput:eo ꝙ mūdificāt caput.apud Halyabatē pillule cōcā sunt pillule cochie.Mesue in suo grabadin in ca° de caputpurgijs ꝯferētibꝰ sode frigide hꝫ vnā aliā descriptionē q̄ sunt ex auc̄te filij Zacharie:⁊ est eadē in simplicibꝰ:sꝫ in pōdere nō.ipse Mesue adiūgit pōdus sticados ⁊ turbith.ideꝫ in cap.de soda ex aggregatiōe cholere ⁊ flegmatis hꝫ vnā aliā descriptionē:que est ex auc̄te Hal.sꝫ eadē nō est.Nicolaus hꝫ vnā aliā descriptionē que est de mente Rasis q̄ in simplicibus eadē est:sꝫ in pōdere adiungit vt Mesue.idem hꝫ vnā aliā que est de mente Hal.sꝫ non est in vsu.si vo itentio medicorꝝ est ꝙ ipse debeāt fieri ſm itētionem Rasis.nō opꝫ addere nec minuere dosim spērū.si vo itentio eorꝝ sit aliter facias vt precipiunt.

¶ Pigra.i.amara.o quāta diuersitas opinionū inuenit in hac puluere pigre.vꝫ.qs est ille puluis pigre quā intelligit Rasis.gñaliter habet opinio ꝙ ipse sit puluis spērꝝ hiere simplicis Hal.⁊ sic vult lumē malelucens:sed nō recte:qꝛ Rasis in 9° Almā.in ca° de dolore ⁊ apate stōchi hꝫ vnaꝫ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0111-2

descriptionē pulueris pigre: ⁊ hic est q administrari dꝫ in
istis pillulis: ⁊ descriptio hec est. ℞. pulueris rosaꝝ rubea/
rū: spice: masticis: xilobalsami: carpobalsami: cinnamomi:
xilocassie .i. cassie lignee: assari añ. ʒ. i. ſ. aloes succotrēsis ad
duplū pōderis oium: qđ bñ tritū cū alijs misceaᷓ medici/
nis tritis: ⁊ hic est puluis de q̇ itelligiᷓ. verū ē q̄ ipse descri
ptiōes nō differūt nisi i vna re. vꝫ. q̄ Rasis hꝫ rosas. Gal.
non. Gal. hꝫ crocū. Rasis nō. in reliquis cōcordant.

¶ Collogntida .i. cucurbita deserti. Mesue loco ei⁹ hꝫ tro/
ciscos alandabal. ʒ. vij. Scamonea est succus cuiusdā spe
ciei volubilis. Rasis aūt scamoneā. Mesue hꝫ scamoneā
anthiochenā coctā i citonio. q̄ est diagrediū: ⁊ p̄dicte pillu
le sm p̄lm debēt fieri cū succo absinthij: aut cū vino albo.

Pillule de hermodactylis maiores sm eundē Ra/
sim in nono Almāsoris. in cap. de podagra
⁊ sciatica. ℞. hermodactyloꝝ satyrion meiçabara añ. ʒ. v.
hiere pigre. ʒ. x. colloquintide: cētauree minoris añ. ʒ. v. eu
forbij. ʒ. ij. turbith. ʒ. x. seiteragi indi çinçiberis sinapis: pi/
peris castorei añ. ʒ. i. informentur ex eis pillule ex quibus
a duabus. ʒ. ⁊ ſ. ad tres sumantur.

¶ Iste pillule apud nos nō sunt in vsu: sm istā descriptio/
nē. idē in libro diuisionū circa finē hꝫ vnā aliā descriptio/
nē q̄ q̄si eadē est. illa vō descriptio qua vtimur est de men
te Mesue vt ostēsum fuit. Hermodactylus grece est dict⁹
Hermetis digit⁹. Dia. de ipo videᷓ loq sub noie coltico si/
cut apparet apud Serap. cap. de hermodactylo. Satyriō
est radix dicta ab Auic. testiculus vulpis. Pli. ait. satyrio/
nis duo sunt gña. vnū lōgiorib⁹ folijs olee: caule q̄tuor di/
gitoꝝ: flore purpureo radice gemina ad formā hoīs testi/
culoꝝ. alteꝝ vide apō eūdē: de q̇ ēt dcm̄ est i diasatyrion.

¶ Miçaran .i. meiçaram: ⁊ dicūt qdā q̄ est tapsia ab aliq/
bus dr̄ eē meçereon: qđ ēt vr̄ voluisse Rasis. nā in descri/
ptiōe pillulaꝝ de hermodactylis in fine libri diuisionū lo
co meiçabara posuit meçereon. Aui. in 2° cañ. vocat ipsam
mehezerengi: ⁊ diᷓ. est arbor siᷓ arbor scebrā .i. esule. verū/
tamē est lōgior: in cui⁹ colore est cinercitas ad citrinitatē
declinās. qdā vō hoīes numerauerūt ipsaꝫ iter lacticinia.
Serap. de hac diᷓ q̄ cōfert dolorib⁹ iuncturaꝝ ⁊ articulo/
rū: ⁊ addit. ⁊ dixerūt qdā q̄ viderūt in folijs hui⁹ plāte id
qđ dixi in arbore agic. ⁊ h̄ est q̄ qñ poniᷓ i fluuijs iebriat
pisces: neqꝫ p id cognoui qđ sit. Jo. arculanus i cap. de po/
dagra dicit. meiçara .i. sene. qđ de⁹ scit. ¶ Sataragi induꝫ
.i. agricardamū agreste. Rasis in libro diuisionuꝫ: vbi vt
diximus scribit aliā descriptionē pillularuꝫ de hermoda/
ctylis loco seitaragi indi posuit tapsiam indam: ex quo ap/
paret ipm velle q̄ seitaragi indū sit tapsia inda. eadē opi/
nionem habuit Franciscus de pedemōtiuꝫ in descriptio/
ne trociscorum de spica: vt ostensum fuit supra.

Pillule de tapsia maiores sm Aui. in q̄nto cañ. ℞.
serapini: armoniaci: euforbij: bdellij: oppo/
ponacis añ. ʒ. i. aloes: epithimi: agarici añ. ʒ. i. ſ. aristologie
rotūde: centauree .s. minoris: castorei añ. ʒ. ij. macropipis .i.
lōgi: çinçiberis: cimini: ameos: semis anisi: apij: myrre: cro/
ci añ. ʒ. i. mirab. citrinoꝝ: hermodactyloꝝ: almeheiçaengi
añ. ʒ. ij. ſ. sinapis capsie: pulueris colloquintide: ligni aloes
acori: salis idi .i. salis nigri añ. ʒ. i. cōfice cū aq̄ alchechingi
.i. solatri minoris: ⁊ fiant ide pillule. ¶ Has pillulas non
habemus in vsu: dicunᷓ de capsia maiores ad differētiam
minoꝝ: eo q̄ plura simplicia igrediunᷓ: capsia aūt est sei/
taragi: ⁊ est quā Dia. lepidū vocat: ⁊ sm Gal. est genus eru
ce: ⁊ est agricardamū agreste .i. nasturtiuꝫ aquaticū seu se/
nation: vt ostēsum fuit supra in triphera saracenica.

Pillule de dēde sm eundeꝫ ⁊ ibidē. ℞. cinamomi
excorticati a cortice suo sup̄iore: de quo p̄ij
cianᷓ lingue repte iter duo frusta granoꝝ: deide succi liq/
ritie: agarici albi acheiati: ⁊ herbe eupatorij: absinthij: alo/
es añ. p̄tes eq̄les: tere ⁊ ꝯfice cū aq̄ apij: ⁊ iformenᷓ pillule
que: ⁊ ille q de eis facit pillulas iungat manū suā oleo bal/
sami odorifero. ¶ Has pillas nō hēmus i vsu. Frāciscus
de pedemōtiū in cap. de dosi hꝫ vnā aliā descriptionē: que
eadē est. ¶ Dēde vel dēden. sm Aui. in 2° cañ. est que est
sceni. ex ea est siᷓ fistici: ⁊ alscetrie est silis alcherua rubea
hñs puncta nigra: ⁊ ida est minor alsceni: ⁊ maior alsetrie:
eius medulla est cineritia declinās ad citrinitatē. idem ait
Serap. sꝫ dicit. aliud ē sceni: ⁊ aliud nō. qdā amicus fide/
liter dixit mihi q̄ istud granū repiᷓ in hyspania sup arbo
re dicta scortanū: ⁊ ipso ligno vtunᷓ tinctores ad tingēduꝫ
pānos. tñ deus scit sm Frāciscū est spēs graminis vel ca/
taputia qđ ignoro. verū aliqñ reperiᷓ: deinde pro catapu/
tia .i. cherua. Alcheiati. als. cheati. Franciscus loco eius hꝫ
alchechingi. ergo est solatrum minus: sed Gētilis sup hoc
canōne dicit: alcheiati .i. galbana.

Pillule de gariofilis sm eundeꝫ. in tertio: in fen. vi.
in cap. de cura fetoris oris. ℞. gariofiloruꝫ
galange añ. ʒ. ſ. musci: cāphore añ. danic .i. piretri. ʒ. i. aloes
ʒ. iij. sinapis. ʒ. i. fiant pillule cum vino.

¶ Has pillulas non habemus in vsu. Mesue in eodem ca
pitulo hꝫ troc. de gariofilis. Nicolaus florentinus in libro
tertio: in cap. de fetore oris hꝫ vnaꝫ aliā descriptionē: ⁊ est
eadem huic. Danic est pondus octo granoꝝ ordei.

Pillule de sandaracha in eodem libro: in fen. xvij.
in capitulo de liquidis que ponunᷓ sup eas.
⁊ quibus embrocantur. Recipe sandarache: corticis duo/
ruꝫ: fumiterre: seminis porri añ. ʒ. iiij. salis armoniaci. ʒ. ij.
scorie ferri. ʒ. iiij. fiant ex eis pillule sicut nabac.

¶ Has pillulas nō hēmus in vsu. Frāciscus de pedemōtiū
in ca° de hemorroydib⁹ ⁊ medicinis eius hꝫ vnaꝫ aliā de/
scriptionē que est silis huic. sandaracha vō sm moderno/
rū opionē est vernix: nō est aūt auripigmētū rubeū vt di/
xerunt qdā: ⁊ arbor ferens vernicē iuniperus vocatur.

Pillule de fumoterre sm Auic. in lib. 4. in fen. 7. in
ca° de cura scabiei ⁊ prurit⁹. ℞. mirab. citri
noꝝ: chebuloꝝ nigrorū añ. ʒ. v. aloes succotrēsis. ʒ. vij. sca/
monee. ʒ. v. sine cessatiōe cōfice cū aq̄ fumiterre ⁊ fiant.

¶ Has pillulas habemus in vsu. Nicolaus in suo antidota
rio hꝫ vnā aliā descriptioneꝫ q̄ vr̄ q̄si esse eadē: sed hec est
qua vtimur. Fumusterre est herba q̄ hꝫ folia silia dauco:
nisi qr̄ sunt magis minuta ⁊ amariora: ⁊ hꝫ radicē: cui⁹ co
lor vergit ad albedinē. hec apud nos in vijs ac pratis ⁊ in
rupib⁹ iueniᷓ. Gal. in 6° simpliciuꝫ dicit xeitarig .i. fumus/
terre siᷓ in sapore xeiterig arabes vocāt ipm scebeterig.

Pillule de opio sm Petruꝫ de tussignana. in cap̄lo
de frenesi. Recipe opij: croci: cassie lignee
ana. ʒ. iiij. fiant pillule cum vino albo.

¶ Has pillulas non habemus in vsu.

¶ Opiū est succus satis notuꝫ. Serap. de cap. de papauere
ait. gūmi vō papaueris nigri est opiū. Liber q dr̄ Bulcha
sis docet moduꝫ ipsius: ⁊ dicit q̄ fit ex lacte papaueris ni/
gri. Opiū vō ab opos qđ est lachrymū nomē extrahit.

Pillule de reupōtico. sm Bartho. mōtag. in suo an
tidotario. Recipe succi cucumeris asinini:
arthanite añ. ʒ. i. ſ. reupontici. ʒ. ij. aloes succotrini. ʒ. i. dia/
gredij .i. scamonee cocte i pomo. ℈. i. orobi .i. herbi silicos
spice ligni aloes añ. ℈. ſ. fiant pillule cū succo apij.

¶ Iste pillule apud nos nō sūt in vsu. Reupōticū vō ē bar
ba sirista: ⁊ ē radix silis reubarbaro: ⁊ pp id multi merca/
tores ignorātib⁹ apothecarijs vendūt mixtū vnū cuꝫ alio:
sed pōt cognosci: qr̄ reubarbarū optimū: qñ masticaᷓ cau/
sat salivā rubeā silem tincture croci. reupōticū vō hꝫ con/
trariū. dr̄ aūt reupōticuꝫ a reu qđ est radix ⁊ ponticū: qr̄ in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0112-8
DFG

pontico insula repit. Dias. aūt ait. reuponticū nascit in bos/forozː et est radix silis cētauree maiori. Serap. nec de reupōticoːnec de reubarbaro facit cap. veruz facit cap. de reu. et dicit raued. i. reu. et dicit idē qd dicit Dia. de reupōticoːsed moderni per raued nō itelligūt reupōticūːimo reubarba/rumːde quo vide Mesue in caplo ꝓprio de reubarbaro. Credo q antiqui vtebātur pro raued reupontico.

¶ Artbanita idest panis porcinus de quo infra. in vnguento de artbanita.

Pillule de diamusco ibidem. ℞. musciː myrre aā. ℨ. iiij. sticadosːrubee tinctoruzːpulegijːcorticis citriːpiperis longiːcorticū cassie ligneeːcorticuz cassie iteriorisːgranoꝝ peonie ː calami aro. aā. ʒ. vi. spice. ʒ. ß. fiāt pillule cū succo artbemisie. i. matris herbaꝝ vel altilie.

¶ Has pillulas non habemus in vsu. idē in suis cōsilijs in cōsilio de prefocatione matricis ex nocumento ipsius hʒ vnam aliā descriptionemːsed differt ab hac. mater herbarum adoptata herba que anteptemis vocatur.

Pillule assaieret. ꝑm eūdē et ibidē. ℞. hiere pigre. s. hiera Galēi. ℥. i. masticisːmirabolāoꝝ citrinoꝝ aā. ʒ. iiij. aloes epatici. ℥. ij. fiāt pille cū syru. de stica.

¶ Has pillulas hēmus in vsuː et sunt ex aucto. Aui. sicut reperit in 3° cañ. in fen. i. in cap. de canonibꝰ vlibꝰ curationis. nā ibi ingt. solutiua vō facilia ad purgādū caput vel asce/iaret suntːex qbus sumat pillula magna vt paruum pondus opationē efficiat sufficientē cū moraːet nō noceat propter puitatez suā iteratioːet dormiat sup ipsa ne destruant motꝰ et vigilie eius opationē. et canon qdem in eis est aloes et hieraːdeide cadit i eis mastix ad cōfortādū stōchūːet recipiunt in eis mirabolani vt ꝓhibeāt vaporem acutū etc. ipse Aui. nō ponit dosim ipsaꝝ reꝝːsʒ Hētilis loco allegato ponit dosim ipsaꝝ reruzːet est sicut est dosis Bartholomeiːet sic generalr ꝑm istam descriptionē conficiuntur.

Pillule imperiales magistrales. Recipe cinnamomiːamomiːanisiːmasticisː cardamomiːçinçiberisːçedoarieːmacisːnucis muscateːgariofiloruzːcrociːcubebeːligni aloesːturbithːtereniabin. i. māne pureːagariciːfolliculorum seneːspice nardi. quinq; mirabolanoꝝ aā. ℨ. i. reubarbari ad pondus omniumː aloes succotrini ad pondus suprascriptarum receptarumː conficiātur cuz syrupo rosato et violato quātum sufficit.

¶ Iste pillule apud nos hēmus in vsuː maxime ꝑm istam descriptionēːꝑm quosdā dnr iperialesːq2 iuente fuerunt a quodā impatoreːvel dicunt impialesːq2 sunt in vsu multūːapud reges tñ eiꝰ descriptionē ab auctoribꝰ nō repperi. verū ꝑm quosdā iste pillule dnr describi a Rainaldo de villa nouaːsed ego in practica Rainaldi qua vtimur non repperi. Christophorus aūt de honestis posuit pillulas magistrales pro regibus iuentasːnec repit a quo auctore sint descripteːtñ ibi describit suā descriptionēːet ē eadē cū ista nisi solū in vna reːet illa est spica nardi. ꝑm aūt lumē male/lucensːpillule iperiales iueniunt in Nicolao sub noie pillule alie ante cibū et post cibūːsed vr ee falsus textus. nā ille pillule quas describit Nicolaus sub noie pilluleːalie añ cibū et post cibū nō sunt pillule iperialesːqbus vtunt medici. Et si tu legis descriptionē pillularū imperialium vel pillulaꝝ ante cibūːapud lumē apothecarioꝝ nō sunt pillule iperialesːnec pillule añ cibūːnec post cibūːsʒ istā descriptionē aggregaui cū multis alijs descriptionibusː et iueni eam optimā. Et sic ꝑm istā cōfici volunt nostri medici.

Pillule ad quartanā magistrales. Recipe serapini bene gūmosiːcollogntide aā. ʒ. ij. diagredij ʒ. ij. salis gēme. ʒ. i. fiant pillule cū vino albo ad modū ciceris. capiat vnā singulo die vsq; ad viginti diesːsaluo q nō capiatur illa die qua febris ventura est.

¶ Iste pillule valent multū ad quartanā. verū eius descriptiones sunt diuerse et differunt interse. Suprapostia fuit vna alia descriptio que est de mēte Joā. Serap. sʒ ille nō sunt valde in vsu. Jo. Mattheus gradi in sua practica hʒ vnā aliā descriptionemːsed non est eadem.

Pillule de hiera cōposita ꝑm Bartholomeū mōtagnanam in suo antidotario. Recipe aloes epatici. ʒ. xiij. cinnamomiːspice nardiːcostiːsquinantiːxilobalsamiːxilocassieːmasticisːassariːrosaꝝːcinamomiːabsinthij aā. ʒ. i. agariciːcollogntideːturbithːbdellij mollis ana. ʒ. i. fiant pillule cum syrupo de sticados.

Aromaticū nardinū Mesue valet ad stōchum ⁊ epar ⁊ viscera ꝯfortat:⁊ renes ⁊ vesi-cā calefacit:⁊ addit desideriū coeundi:oris ⁊ sudoris odo-rē bonum facit:⁊ confortat anhelitum:⁊ facit digestionez cibi:⁊ resoluit ventositates:cuius p̄mixtio. ℞.

Spice inde.ʒ.ij.	Seminis anisi.
Rosarū rubeaꝝ. ʒ.iij.	Corticum citri.
Liquiritie rase. ʒ.ij.ſ.	Trociscorum diarodon. ana.ʒ.i.℈.i.
Gallie musca.sebelie.i.que-dam compositio.	Pinearum purgatarum.
Cubebe.	Amigdalarū purgatarum ⁊ excorticatarū.an̄.ʒ.v.
Ligni aloes.	
Macis.	Dragaganti.
Gariofilorum.	Gūmi arabici. an̄.ʒ.ij.
Folij indi.	Musci. ℈.ſ
Cinnamomi. an̄.ʒ.i.℈.i.	

¶ Pulueriçentur subtiliter ⁊ conficiantur cuȝ syrupo ro-sato quantum sufficit ⁊ fiat vt supra.

¶ Purgant̃ pinee ⁊ amigdale h̄ mō.accipiat̃ bacilonum sub q̄ sit ignis carbonū:⁊ in eo ponāt̃ amigdale ⁊ pinee ex-corticate seu mūde a subtili cortice ⁊ manibꝰ ducat̃ hic ⁊ ide vsq̄ q̄ sint bn̄ cale:⁊ illa caliditate ꝯsumit̃ illō dimi-diū corruptū.Alio ēt mō fieri pōt cuȝ amigdalis ⁊ pineis ponant̃ Mani.ij.vl.iij.s̄m ipsoꝝ quātitatē furfuris fru-mēti ⁊ bn̄ sup̄ dcm̄ ignē oia simul volue quousq̃ bn̄ cale-facta sint ⁊ ō illo furfure amouet̃ illa rancitas ⁊ pure fiūt sine malo sapore reducte:⁊ h̄ modus melior est.

¶ Sebelie est quedā cōpositio que describit̃ ĩfra in tracta-tu trociscoꝝ que a Mesue gallia sabelia appellatur.

¶ Itē nōn̄ est ꝙ in p̄scriptis cōpōnibꝰ in q̄bꝰ Mes scri-bit:⁊ ꝯfice cuȝ syrupo ro.vult ꝙ cōponat̃ cū iulep rosato: q̄ p̄fectior est:⁊ magis ꝯfortatiuū.igit̃ exponas:ꝯfice cuȝ syrupo rosa.i.facto cū aq̄ infusionis rosarū vel violarū.

Atramentum bonū pro scribēdo. ¶ ℞.galleti rupti grosso mō lib.viij.aque plu-uialis aut vinatij lib.lx.⁊ dimittat̃ galletuȝ simul in aqua aut vino per dies quinq̃:postea bulliat vsq̃ ad consum-ptionē medietatis.si est aqua:si est vinū consumet̃ quarta pars:⁊ postea dimittatur frigescere ⁊ postea addatur.

Gummi arabici. lib.iiij Uitrioli romani. lib.vi.⁊ iteꝝ bulliat parum ⁊ sic fit.

Atramentum bonum factum ad solez in carmi-ne scriptum. ℞.

Uncia sit galle:mediaq̃ sit vncia gummi.
Uitreoli pars quarta his addas octo falerni.
Hec tribus ad solem vitreo suspende diebus.
Noctibus ⁊ totidem sub aperto desine celo.

Acetum squilliticū Mesue confortat gingiuā laxaȝ ⁊ putridam ⁊ confirmat dentes motos:⁊ si-militer collutio ex eo ⁊ eius potus:similr̃ est medicia ma-gna fetori oris faciens ipsum odoriferum:⁊ sanat doloreȝ stomachi ⁊ adiuuat ad digestionē:⁊ vsus eius s̄m omneȝ modum administrationis ipsius confortat corpus cui ac-cidit laxitas ⁊ mollificatio ⁊ colorē bonuȝ efficit:dosis po-tio aceti ipsius est a.ʒ.v.vsq̃ ad.ʒ.xij.⁊ oxymellis eius ab

aure.vi.vsqȝ ad.ʒ.iij.ꝛ trociscis eius a.ʒ.ij.vsqȝ ad.ʒ.iiij.
¶ ℞.Laminas sqlle q̄ in medio sūt abyciēdo p̄mas ꝛ vltimas:qꝛ venenose ꝛ male.p̄ᶜ sūt venenose:qꝛ sūt ēt multū calē.iteriores v̄o sūt abyciēde:qꝛ mortifere sūt nimia frigiditate:medie v̄o sūt tēperate.diuidēda est igiꝉ squilla ꝛ tot tunice sunt ab exteriori p̄te abyciende quot in interiori ꝛ medie reseruande.Accipe igiꝉ de melioribus quātitatem quā volueris:ꝛ sue eas in filo cum stillo ligneo:ꝛ sit distantia inter eas ꝛ dimitte eas siccare in vmbra per dies 40.postea icide eas in frusta cū incisorio ligneo in frusta mediocria:ꝛ pone ad oēm librā dictaꝝ corticū squille aceti albi ꝛ boni lib.viij.ꝛ ambo pone in vase vitreato stricti orificij ꝛ obtureꝉ os ꝛ eius:ꝛ exponatur soli per dies.40. post illud cola ꝛ reserua administrando vbi opȝ.
¶ Incisio ꝛ foratio squille cum instrumento ligneo est ne insurgat ex ferreo in ea rubigo quaȝ excitat sui acuitate:ꝛ ab hoc doctores dubitantes cum instrumēto de ligno fieri faciunt ꝛc̄.

Aqua ad asma s̄m Rasim. ℞.

Ficcuum siccarum.ʒ.x.	Capilli veneris.
Dactylorum.	Liquiritie rase.
Seminis apij.	Hyssopi sicce.
Seminis feniculi. an̄.ʒ.v.	Prassij. ana.ʒ.v.

¶ Coquanꝉ oia in lib.iij.aque ꝛ bulliāt simul vsqȝ ad cōsumptionem duarum partium ꝛ coletur ꝛ de dicta colatura da bibere.ʒ.iiij.p̄ vice de sūmo mane loco syrupi.

Aqua constrictiua magistralis. ℞.

Prunoꝝ syluest.	Sorbarum.
Cydoniorum.	Granorum myrti.
Nespillarū imaturarū.	Florum auedoni.

Plātaginis:an̄ p̄tes equales.ꝛ distilla ad lambicuȝ.

Aqua ad oculos rubentesꝛ lachrymantes experta ꝛ bona. ℞.

Zucchari albi.	Uini albi clari.
aloes epatici.an̄.ʒ.ſ.	Aque rose.
Thutie preparate.℈.ſ.	Aque feniculi.an̄.ʒ.iiij.
Canfore.gra.ij.	

¶ Misce in vna ampulla vitri ꝛ desup̄ liga peciā vnā lini subtilis ꝛ de dicta aqua asperge in oculis.

Aqua ad inflammationem membri bona ꝛ experta. ℞.

	Ceruse.
Aque plantaginis.	Lythargirij subtiliter puluerįati. an̄.ʒ.iiij.
Aque portulace.	
Aque v̄micularis.an̄.ʒ.ij.	Canfore.gra.iij.

¶ Misce omnia simul ꝛ balneꝉ pluries in die cum pecia lini subtilis frusta vbi est inflatio.

Benedicta simplex Nicolai:ꝛ diciꝉ benedicta:qꝛ ab oibus a q̄bꝰ sumiꝉ benediciꝉ maxie si detur hn̄tibus ifirmitates ꝯ q̄s inuēta fuit.valet ad guttā arteticā ꝛ podagrā ex friditate:renes ꝛ vesicā purgat: piplcumonicos stōticbos epaticos curat:cuiꝰ ꝯmixtio. ℞.

Esule.	Salis gemme.
Turbith albi ꝛ gumosi.	Galange.
Zucchari albi.an̄.ʒ.x.	Macis.
Diagridij.	Seminis carui.
Hermodactylo.	Seminis sparagi.
Rosarū rubeaꝝ. an̄.ʒ.v.	Litospmaton.i.miliū solis.
Gariofilorum.	Amomi.
Spice nardi.	Piperis longi.
Zinįiberis.	Polypodij.
Croci.	Cardamomi.
Seminis petrosillij.	Masticis.
Seminis apij.	Seminis ameos.
Radicū saxifragie.an̄.ʒ.i.	Lapidis lyncis. an̄.ʒ.i.

¶ Pulueriįenꝉ subtiliter ꝛ cū melle colato ꝛ dispumato quātū sufficit fiat elēium.dosis est.ʒ.iiij.vsqȝ ad.ʒ.viij.
¶ Benedicta dr̄ ab effectu ꝛ ab eo denominaꝉ: qꝛ bonum effectū inducit:vnde ab oibus sumētibus benediciꝉ.
¶ Feniculi si simpl'r inuenitur de semine ipsius intelligendum est:nō aūt de radice neqȝ de herba.
¶ Sextaria multiplicia sunt ꝛ diuersificanꝉ s̄m diuersitatē rerū:si enim dicitur aque sextariū vnū:tunc ideȝ est qd̄ lib.ij.ſ.Si āt vini sextariū vnū idē est qd̄ lib.ij.ʒ.viij.Si v̄o sextarium vnum olei ꝛ idē est qd̄ lib.i.vltimo sepe inueniꝉ sextarium vnū mellis ꝛ idē est qd̄ lib.iij.quare nota has differentias:qꝛ sepe vidi errores contingere in cōpositione medicinarum:ꝛ non a vulgaribus aromatarijs.

Conditum de secacul Mesue renes calefacit ꝛ coitum excitat:vētositatē stōchi dissoluit.Et modus opationis eius est.¶ ℞.radices earum albas grossas ꝛ teneras ꝛ radanꝉ cortices eiꝰ cineritij ꝛ elixentur ꝛ mundenꝉ a venis iterioribꝰ ꝛ icidanꝉ in frusta:sicut est mēsura policis:ꝛ ponaꝉ in eiꝰ vacuitatibus arondinosis frustum įinįiberis humectati: sicut dicemus in caplo de įinįibere condito:ꝛ gra.i.humectatus ꝛ accipiantur ad omne pondus eorum mellis pondera tria.Et alij ponunt mellis pondera duo ꝛ įucchari pondus.i.postq̄ coctū fuerit cum facilitate ꝛ p̄ycíantur super illd̄ specierum alefangine partes conuenientes.ꝛ dosis eius est.ʒ.i.vel.ij.

Conditū de acoris Mesue valet ad egritudines cerebri ꝛ neruoruȝ:ꝛ modus eiꝰ est:sicut secacul cōditū additū ad omnē partē eiꝰ seįacul boni p̄tes.ij.

Conditum de bautia Mesue valet sicut secacul:ꝛ eius modus est sicut secacul.

Condita de cydonis Mesue fluxū ventris ꝛ vomitū sistunt:stomachū v̄o ꝯfortant ꝛ digōnē.
¶ ℞.Cydonia magna mūda a putrefactiōe ꝛ mundenꝉ a cortice suo ꝛ granis iterioribus ꝛ icidanꝉ in frusta cōueniētia ꝛ decoquanꝉ cū iulep multe aquositatis:ꝛ post dieȝ vnū decoquanꝉ cū alio iulep:qd̄ est vicinū perfecte coctioni vsqȝ dum perficiatur in eis decoctio: deinde aromatiįentur cum musco ꝛ ponaꝉ in vase vitreo ꝛ sepelianꝉ cuȝ iulep in quo decocta fuerūt.Et q̄dā decoquūt cū melle.Et quidam cū vino cocto decoquūt.Et quidā super cōdiunt cum speciebus aromaticis ꝛ alia.Et alij faciunt alia.

Conditum de citro Mesue stomachū ꝛ cor cōfortat ꝛ digestioneȝ facit:ꝛ bonū oris odorem.¶ ℞.Corticū citri mundatoꝝ a corticibus suis ꝛ p̄prie magnorum sicut sunt vole manus quantitatem quaȝ volueris:ꝛ fundatur sup̄ eos lisciuij clari quātitas in qua submerganꝉ:ꝛ muteꝉ super eos vsqȝ ad nouē dies semel in die aqua:deinde post illud mittaꝉ super eos aqua clara tātū vsqȝ donec dulces fiant ꝛ absīdatur amaritudo eoꝝ: tunc v̄o elixentur in aqua fontium plurima in vase mundo vsqȝ dum tenerescant: deinde exprimanꝉ donec fluat aquositas eoꝝ:post illud infundanꝉ sup̄ eos in vase lapideo iulep quātitas aliqua qua submergantur: ꝛ sic dimittatur per diem ꝛ noctem:ꝛ sit iulep ex įucchato albo ꝛ aq̄ que sit tripluȝ ipsius:deinde coquantur cū facilitate vsqȝ ad modū penidij:tunc v̄o separentur cortices citri a įucchato:ꝛ recondantur in vase vitreato: ꝛ condiantur cum iulep rosato:cuius decoctio sit sicut nabit:ita q̄ vna supficies sit laminarū citri:ꝛ alia iulep ꝛ reconde ꝛ da post mēsem.Et sunt qui aromatiįant cum ambra ꝛ musco ꝛc̄.

Conditum de įinįibere Mesue confert ad frigiditatem ꝛ stomachi mollificationem: ꝛ malitiā digestionis:ꝛ corruptionē ipsius:ꝛ acetosam eructuationē ꝛ lenitatē visįerum ꝛ multitudinē ventositatuȝ

faciens

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0212-3
DFG

faciens cibū cito penetrare ad epar: ⁊ totū corpus ⁊ mo-dus eius est. ¶ R. Zinziberis recēti si haberi pōt vel sal-tē humectati partē vnā: mellis boni partes tres: zuccharipartē vnā. coquant̄ sicut secacul. Et qdā accipiūt secacul ⁊ zinziberis humectati. añ. ptem vnā. Et fit delicatius. Et quidā sup condiunt cū spēbus alefangine. Et qdā faciunt alia: modus aūt humectationis eius est sicut diximus de kebulis ⁊ proprie vt infundantur in aqua: deinde sepeliā-tur in harena. Et sit zinziber albū mundum ⁊ recens.

Confectio de zinzibere Mesue valens sicut supe-rius diximus. Accipe zucchari albi ptes octo: mellis tabarzet ptes q̄tuor: ziziberi boni pulueriçati pulueriçatione vltima sicut alcohol ptes tres: aque ifusio-nis zinziberis quātū sufficit: distēperet̄ zucchar cū aq̄ ⁊ melle: ⁊ coquant̄ vsq̄ dū sufficit: deinde ꝓiciat̄ sup illud puluis zinziberis ⁊ agitet̄ ⁊ icorporet̄ cū eo ⁊ administret̄.

Conditū de piris Mesue stomachū ⁊ cor cōfortāt ⁊ modus cōdiendi ea est sicut cydonioꝝ.

Conditum de pomis Mesue cor cōfortans synco pim ⁊ cordis pulsū sedans. Et modus condiendi est sicut cydoniorum.

Conditum de persicis Mesue stomachū calidū ⁊ cor ꝯfortās: sitim reprimēs: oris feto rē abscindens. Et modus cōdiendi est sicut cydonioꝝ.

Conditum de kebulis Mesue stomachū confor-tans ⁊ appetitum ꝓuocans: digestionē ꝓcurans: sensus ⁊ rationē vigorās: visum clarificans: vten tes eis in iuuentute ꝯseruans. Et modus condiendi: est vt accipias ex eis humidis si haberi possunt vel saltē hume-ctatis ſm artem qua humectari possunt quantitatē quam volueris: ⁊ cū stilo punge eos vndiq̄ ⁊ decoque eos in aq̄ cū facilitate vsq̄ dū tenerescāt: post hoc dimitte ipsos sup tabulā: ⁊ exp̄me aquā illoꝝ ⁊ submerge illos in aquā mel lis: ⁊ dimitte eos per dies duos: tunc vō decoque eos igne lento cum facilitate: ⁊ postq̄ decocti fuerint reconde eos in vase vitreo ⁊ submerge eos in melle decoctionis eorū. Et da post sex menses. ¶ Ars alia auxiliatur ipsos in hu-mectando hoc modo. Infundant̄ in aqua plurima: ⁊ ex-ponant̄ radijs solaribus per dies octo: deinde accipe vas magnū sicut doleū vel saltē fiat fouea magna sub terra in loco humido vbi intus multam harenam humidam po-ne in qua disiunctim sepeliant̄ sepe ac sepe aquam super-fundendo ⁊ inouando harenā de qnq̄ in qnq̄: aut de q̄-tuor in quatuor dies vsq̄ dū tumefiant ⁊ humectent̄.

Conditum de mirabolanis emblicis Mesue sto-machū cōfortans ⁊ humiditatē ipsius abscindēs ⁊ p̄parans ipsum p̄paratione qua ptes ⁊ v̄tutes eius aggregent̄ in ipm. Et modus cōdiendi eos est. Acci-pe ex eis quantitatē quā volueris: ⁊ ifunde sup eos aquā: ⁊ expone soli q̄usq̄ tumescāt ⁊ humectent̄: post exp̄me in aqua mellis: ⁊ dimitte p duos dies: deide coque cū facilita te: postq̄ cocti fuerint dimitte eos ifridari: ⁊ adde cū mel-le tabarzet: sicut cū q̄rta pte totius ⁊ reconde. Quidā vō super condiunt cum speciebus aromatice: sicut est cinna-momū ⁊ gallia ⁊ cardamomū crocū muscū ⁊ silia ⁊c̄.

Conditum de citro alio modo Aui. in 5° canoñ. cō ueniens ad debilitatē stomachi ⁊ dige-rit cibum. Sumat̄ citrum recens: ⁊ incidatur ſm longitu-dinem in quatuor partes totum citrū: ⁊ mundet̄ interius totum acetosum: ⁊ ꝓiciatur in liurello testeo: ⁊ infundat̄ ex aqua dulci clara cum sale grosso albo septē diebus do nec stringatur: deinde septē diebus alijs sine sale: imo cū aqua donec alteretur color eius: ⁊ sit albū illud qd̄ est ex-terius sicut qd̄ est interius ⁊ gustet̄ aqua tam diu donec nō sit in ea salsedo: ⁊ sumant̄ mellis boni pars. i. aque par tes due ſm quantitatem que cooperiat citrū ⁊ ꝓiciat̄ in vase ⁊ decoquatur leni igne duabus horis: deinde tollatur ab aqua ⁊ melle: ⁊ in mane sumat̄ mel ⁊ ferueat̄ ⁊ tollatur spuma eius ⁊ ꝓiciat̄ in eo citrū ⁊ ferueat bullitione vna: ⁊ tollatur ⁊ reducatur citrum in liurello ⁊ pulueriçent̄ su-per ipsum iste medicine ad omnes duas eminas citri cro-ci ⁊ heil ⁊ cardamomi: omnium añ. auṙ. i. gariofilorum ⁊ cinnamomi: amborum ana. auṙ. 5. Musci sexta ⁊ medie-tas sexte ʒ. i. Tere has medicias ⁊ pulueriça super citrū ex vtroq̄ latere eius ⁊ ꝓiciatur in vase ⁊ ꝓiciatur su per ipsum mel ⁊ administretur.

Conditum de citro. Descriptione alia Auicēne 5° canonis. Sumant̄ de citris media ma tura equalis supficiei longa ⁊ scindant̄ in longū: ⁊ fiant de vnoquoq̄ citro q̄tuor frusta: ⁊ ifundant̄ in liurello testeo nouo: ⁊ illud sit in kenini. p̄mo qñ sol igredit̄ capricornū. Et melius qd̄ fit de eis est in āno vehemētis frigoris: quī quāto plus congelatur super ea aqua est magis indurans: ea: ⁊ sunt magis remanentia: deinde abluant̄ in omni die bis: postq̄ fricata sunt cū sale grosso: ⁊ mundificent̄ ⁊ re-ducant̄ ad aquā frigidā vsquequo transeant super ea tres hebdomade: deide extrahant̄ ex aqua ⁊ fundant̄ sup pla-num aliquod vt tabula ⁊ mundificent̄ cum cultello si iā aliqd cōputruit ex eis: ⁊ reducant̄ ad aquā dulcē: ⁊ abluā-tur in extremitatibus diei cum facilitate donec pretereāt super ea. xl. dies: deinde extrahānt̄ ab aqua ⁊ abluant̄ ab omnibus que aduenīūt eis ex putrefactione ⁊ corrosione ⁊ dimittant̄ die ⁊ nocte donec auferatur ab eis humorosi tas: deinde ponant̄ quasi in mane in vase habente latum caput: aut patella munda: ⁊ effundat̄ super ea tantū aque quod ipsa cooperiat: ⁊ pulueriçetur sup ea de zuccharo cō trito quantū est tertia pondus citrorū ⁊ decoquant̄ igne leui ⁊ misceant̄ cum spatula: deinde extrahant̄ ⁊ abster-gantur ⁊ mundificent̄ ⁊ ponant̄ sup planum vt est tabula ⁊ dimittant̄ duobus diebus cōtinuis: deinde reducantur ad patellam ⁊ ꝓiciant̄ super ea de zuccharo quantū est medietas ponderis citroꝝ ⁊ aque que cooperiat ea: ⁊ si su-perfluat quatuor digitis coniunctis decoquant̄ lento igne sicut coxisti ea prius: ⁊ caue in hoc ne corrumpant̄ in igne: quoniā sunt debiliora eoꝝ que cōdirent̄. Et sit mens tua ⁊ intellectus tuus totus ad ea: quia ignem accendis sub eis: vt sit ignis lenis ⁊ quietus. Deide extrahantur ⁊ expā-dantur super tabulam ⁊ dimittantur tribus diebus conti-nuis ⁊ noctibus suis: ⁊ a die quarto mundentur ⁊ mundi-ficentur cum capite cultelli: ⁊ reducantur ad vas ⁊ funda tur super ea mellis colati quantitas que cooperiat ea: ⁊ su pfluat q̄tuor digitis: ⁊ dcoquant̄ leni igne qnq̄ horis: aut sex: donec videat̄ mel egredi sup illud qd̄ apparet d citro: sicut similitudo margaritarū: ⁊ ingrosset̄ mel igrossatiōe aliq̄: deinde auferant̄ ab igne ⁊ infrigidet̄: ⁊ sumantur spi ce ⁊ gariofili ⁊ cinamomi ⁊ zinziberi ⁊ cardamomi ⁊ ma cropiperis ⁊ girboe: omniū añ. pars. i. ⁊ sit pondus oīum quantitas medietatis decime ponderis citrorū. Et est vt sint duo sextaria pro vnaquaq̄ emina citrorū: ⁊ terantur grosse ⁊ ponantur in vase viridi vitriato: ⁊ pulueriçent̄ in in eo res pua de medicina: ⁊ fundant̄ desuper citra quan-titatem tunice vnius: deinde pulueriçentur super ea medi cine: ⁊ fiat cū eis ita donec compleantur ambo simul: de-inde fundantur super ea in patella de reliquijs mellis do-nec coopiat ea: ⁊ supfluat quatuor digitis ⁊ stringatur ca-put vasis: ⁊ ponatur in loco: in quo nō adueniat ei frigus: neq̄ humorositas. Et scias q̄ signū maturitatis citri est eius submersio in liurello sub aqua ⁊c̄.

Cydonia condita qnto canonis Auicenne que con-ueniunt ad confortandum stomachum: ⁊

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0213-9 DFG

stringunt naturam ꝛ ad malitiam digestionis ꝛ vomitus propter causam oris stomachi. Sumantur cydonia bona magna ꝛ mundentur interius ꝛ excorticent̃ ꝛ incidantur in frusta ꝛ decoquantur cum aqua ꝛ melle: ꝛ sint aque partes .ij. ꝛ mellis pars .i. ¶ Quidam vero decoquũt ea cum vino ꝛ melle: ꝛ est melior operatio: ꝛ infrigidẽtur: ꝛ in die secundo decoquantur cum melle solo: deinde expandantur in liurello ꝛ puluerizentur super ea medicine predicte in citris ꝛ fundatur super ea mel ꝛ seruetur.

Cydonia cõdita. Descriptione alia .5° canonis Auicẽne que cõferunt ad debilitatẽ stomachi ꝛ solutionẽ vẽtris. Sumantur de cydonijs matura ꝛ incidant̃ in q̃tuor frusta ꝛ mundetur qđ est in interiore parte eorum ex granis: ꝛ abstergant̃ interiora eorum cum mantili de lino: ꝛ fundãtur super ea mellis pars .i. ꝛ aque partes quatuor cũ quantitate que cooperiat cydonia: ꝛ ferueant duabus ebullitionibus aut tribus: deinde colentur ꝛ reducantur ad vas: ꝛ fundantur sup ea mellis dispumati pars .i. ꝛ aq̃ ps .i. ꝛ bulliãt ebullitiõib⁹ duab⁹ aut trib⁹: deĩde colent̃ ꝛ expandant̃ sup planũ aliquod vt est tabula ꝛ dimittant̃ donec exiccetur qđ in eis est de humorositate: deinde abstergantur ꝛ reducant̃ ad vas ꝛ fundatur super ea mellis quãtitas que submergat ea ꝛ emineat quatuor digitis cõiunctis ꝛ ebulliant ebullitione vna: ꝛ puluerizentur super ea species quas diximus in operatione citrorum: ꝛ ponantur in vase vitreato viridi ꝛ oppiletur stricte caput eius: quidam vero medici non proijciũt super ea de speciebus nisi de cardamomo ꝛ gariofilis ꝛ crocum.

Conditum de cucurbitis magistrale que cõueniũt stõchis calidis ꝛ sitim extinguũt. Accipe cucurbitas longas natas versus ortũ solis nõ nimis teneras nec nimis duras ꝛ rade corticem earum desuper ꝛ incide in frusta magna sicut palma manus: ꝛ munda mollicula interius ꝛ postea infunde eas in aq̃ feruentissima per nouẽ dies ꝛ noctes semp mutãdo quotidie aquã feruẽtissimã semel in die: postea accipe dictas cucurbitas: ꝛ pone in melle colato ꝛ dispumato: aut zuccharũ album clarificatũ nõ nimis calidum: ꝛ ibi dimittas per octo dies: ꝛ postea permuta in alio melle colato ꝛ dispumato: aut zucchar o clarificato: ꝛ sit bene coctum sicut iulep: ꝛ caue q̃ mel aut zuccharum nõ remaneat aquosum: ꝛ ponantur in vase vitreato ꝛ cooperiatur os eius. Et sunt aliqui qui aromatizant cum speciebus aromaticis: aut musco ꝛc.

Cornelina confectio delectabilis ꝛ multum cõstrictiua: ꝛ fit sicut marenatũ nec plus nec minus tam in forma solida q̃z in forma zele.

Confectio hamech p̃me descriptionis Mesue que in vsu est valet omni passioni que fit ex cholera ꝛ flegmate salso que est sicut impetigo scabies lepra cancer corrodens ꝛ silia: ꝛ est cõfectio medicaminis ꝛ medicina sublimis iuuamẽti: cuius p̃mixtio. ℞.

Mirabolanorum citrinorum. ℥.iiij.	Absinthij.
Mirabolanorũ kebulorum.	Asse .i. thimus.
Mirabolanorum indorum.	Folliculorum se. añ. ʒ. vij. in alia. ʒ.vi.
Reubarbari electi. añ. ℥.ij.	Succi fumiterre. lib.i.
Agarici albi.	Prunorum numero. lx.
Collogntide itersoris albe.	Passularum. ℥.vi.
Polypodij viridis. añ. ʒ.xviij.	

¶ Infundant̃ hec oĩa in aqua casei quãtitate sufficienti: ꝛ ponantur in vase vitreo stricti orificij ꝛ obturet̃ os eius ꝛ dimittatur per dies quinq̃: deinde bulliant ebullitione vna: postmodũ colet̃ ꝛ in tali colatura addatur.

Tamarindorum. ℥.v.	Tereniabin .i. mãna. ℥.ij.

¶ Fricent̃ manibus ꝛ dissoluantur. cum decoctione predicta: deinde colent̃ ꝛ proijciantur super istius.

Zucchari. lib.i.ß.	Scamonee. ʒ.i.ß.

¶ Et hec omnia simul coquant̃ donec habeat spissitudinẽ mellis: deinde puluerizent̃ super illud.

Mirabolanorum citrinorum.	Reubarbari.
Mirabolanorum kebulorum.	Seis fumiterre. añ. ʒ.iij.
Mirabolanorum indorũ. añ. ʒ.iiij.	Seminis anisi.
	Spice inde. añ. ʒ.ij.
Mirabolanorũ emblicorum.	Dosis eius est. ʒ.ij. vsq̃ ad aur̃. ij.
Mirabolanorum bellericorum.	

¶ Tereniabin est species mãne que apud nos non reperitur: sed loco ipsius accipimus mãnaz. est enim tereniabin ros que de nocte cadit in quibusdam p̃tibus egypti super frondes aliquarum arborum: ꝛ sic colligitur: vt habet̃ in sacra scriptura Exodi in capitulo .16.

¶ In ista confectione intelligendum est q̃ auctor coquit scamoneã vt amoueat malitiam eius: eo q̃ non est preparata: q̃ si preparata esset nõ deberet decoqui sed reseruari s̃m canonem medicine: deinde puluerizare eam grosso modo: ꝛ cũ alijs rebus puluerizatis apponi: q̃ si decoqueretur virtus solutiua ipsius deperderetur.

¶ Incidenter de aqua lactis hic intelligendum q̃ ponitur aqua lactis capre: q̃ melior est ꝛc.

Confectio de manna Mesue: de mente Galeni est medicina nobilis op̃ationis ꝛ bone. solutionẽ enim efficit facilẽ ꝛ educit cholerã citrinã sine molestia: ꝛ valet ad egritudines factas ex ea ꝛ est medicina delectabilis boni saporis: cuius p̃mixtio. ℞.

Mãne pure ꝛ recẽtis. lib.i.	Scamõee antiochie. ℥.i.

Dissoluat̃ mãna cum succo rosarum rubearum: ꝛ sit succi quãtitas conueniens circiter. lib.i. ꝛ coquatur cum facilitate donec habuerit sufficientem coctionem: deinde pone super illud masticis. ʒ.ij. ꝛ da. ʒ.iiij. ¶ Ingt Gal. oñdit cõpositio huius medicine nobilitatẽ eius. est eñi cõposita ex partibus ꝯuenientibus cõplexione ꝛ p̃prietate. ¶ Tereniabin syracost ꝛ mãna inter se differunt: nec est mãna vt quidam dicunt. ih vno differunt ꝛ s̃m patriaz ꝛ s̃m locum in quem cadunt: ꝛ s̃m virtutem ꝛ complexionem. syracost eniz ꝛ tereniabin calidiores ꝛ humidiores sũt manna: sed q̃ ad nos non portant̃: ideo ipsorum loco ponimus mannam. ¶ Quidam doctores volunt q̃ diagridium ꝛ nõ scamonea hoc in loco ponat̃. Sed sua semper pace salua si poneret̃ ꝛ decoqueretur virtus solutiua fere in totuz deperderetur. coctio enim est preparatio dicte scamonee: quia illa non diagridium est ponendum.

Cõfectio de storace mag̃ralis illa Mesue ꝛ Nicolai nõ est in vsu p̃p opiũ. valet eñi ꝛ cõfert ad superabundantẽ fluxũ cholericũ ventris ꝛ flegmaticis ꝛ ad tenasmon factũ a friditate: cui⁹ p̃mixtio. ℞.

Passularum electarũ ꝛ vltime contritarũ. ℥.i.	Cinamomi electi. ʒ.i.ß.
Liquiritie rase. ʒ.vi.	Storacis calamite. ℈.v.
Ligni aloes.	Boliarmeni loti ꝛ preparati. ʒ.iij.
Nucis muscate. añ. ʒ.i.ß.	

¶ Puluerizent̃ subtil̃r oĩa ꝛ cũ zucchari. ℥.xv. dissoluti in aq̃ bethonice ꝛ foliorum violaruz fiat cõfectio in morsellis.
¶ Cõfectio enim nihil aliud est q̃z compositio diuersorum.
¶ Modus lauandi ꝛ p̃parandi boluz armenũ talis est. Accipe de eo quãtitẽ quã volueris: ꝛ tere subtil̃r: postea infundatur super euz quantitas aque ros̃. qua irroretur: deinde in vmbra permittat̃ exiccari: ꝛ iterũ post exiccationẽ ꝯteratur: ꝛ aq̃ ros̃. irroretur: ꝛ ter vt primo hoc fiat: postea reserua: illud enim dicitur lotum ꝛ preparatum. ¶ Storacis simpliciter si scriptum reperiretur de storace calamita intelligendum est.

¶ Confectio

Confectio de cinnamomo Mesue que est medicina sana ⁊ experta ad humorositatem stomachi ⁊ putrefactionem in eo flegma digerit ⁊ digestionem attrahit. ℞.

Cinamomi subtilis ⁊ electi. ʒ.xv.
Darseni.i.cinamomi grossi.
Cimini.
Radicũ enule. añ.ʒ.iiij.
Galange. ʒ.iiij.
Gariofilorum.
Piperis longi.
Cardamomi. añ.ʒ.ij.
Zinçiberis.
Heil.i.cardamomum minus ⁊ est melegeta.
Macis.
Nucis muscate.
Ligni aloes. añ.ʒ.iiij.
Croci. ʒ.i.
Zucchari tabarçet.i.al.ʒ.v.
Musci. ʒ.i.partes duas idest.℈.ij.

¶ Puluerizent̃ subtil'r omnia. Mellis dispumati ⁊ colati quantuz sufficit: ⁊ fiat cõfectio in forma solida vt supra tibi ostensum est. ¶ Confectio hec lz in vsu nõ sit: tñ qa in ea aromatarij solent dubitare: igit̃ nota q̧ cũ in vna cõpositiõe scriptũ reperies darseni per se semp̃ debes apponere cinamomũ electũ. si vero ⁊ darseni ⁊ cinnamomi vt in superiori vidisti vtrunqz.s.subtile ⁊ grossum est ponendũ: nec auscultes illos dicentes: q̧ per darseni itelligitur Macis. hec enim opinio reprobata est a Christoforo de honestis sup̃ Mesue. ¶ Secundo est intelligenduz q̧ cũ reperis in vna recepta heil per se: de cardamomo maiori semper est intelligendũ: si vero cardamomũ per se reperiat̃: etiã de maiori est intelligendum: si vero ambo reperiantur: vt in superiori ⁊ maiorem ⁊ minorem debes apponere: non autem gariofilos vt quidam dicunt.

Cassia fistulatũ pro clysteris magistrale valet ad mũdificandum sanguinez ⁊ compescit omnẽ acuitatem ⁊ sedat sitim ⁊ mundificat stomachũ ⁊ educit choleram ⁊ flegma ⁊ operat̃ sine nocumẽto ⁊ resoluit apostemata ⁊ ꝯfert calefactiõi: cuius ꝑmixtio. ℞

Florum violarum.
Matrũ violarũ.i.herba.
Maluarum.
Mercurialis. añ.M.i.
Bletarum.
Paritarie. añ.M.i.
Absinthij romani Manipulum. s.

¶ Omniũ viridiũ: fiat ex his decoctio in sufficienti quãtitate aque: postea colet̃ manib⁹ exprimẽdo: de q̃ colatura dissoluat̃ cassie extracte lib.i. mellis electi lib.s. ⁊ coquat̃ vsqz ad ꝯsumationẽ decoctiõis ⁊ reseruet̃. ¶ Herbe oẽs ꝓscripte ex qbus decoctio hec fieri dz virides esse debẽt: eo qz sunt magis lenitiue: si vero haberi nõ possint sicce ponant̃. ¶ De absinthio nota q̧ ipsuz diuersificat̃ ſm diuersitatẽ loci ⁊ patrie: in qbus oritur: ideo quãdo dicitur ⁊ reperit̃ in receptis absinthij romani: hoc est qz illud est melius alijs. vna tñ ⁊ eadem est spẽs: sed qz illud haberi non potes eligatur illud quod in mõtibus ⁊ locis saxosis orit̃: quia melius est q̃ꝫ qui nascitur in locis humidis ⁊ vmbrosis: ⁊ colligi debet in mense Julij: ⁊ in vmbra exiccari. Inter enema ⁊ clystere differentia est. naz clystere est instrumentum quo decoctio in intestinis impellitur: enema aũt est ipsa decoctio: ⁊ medicina que inijcitur.

Cassia fistulatuz de melle ⁊ de çucch로 sic fit. ℞.
Prunorum numero. xxx.
Violarum.
Tamarindorum.
Seminis anisi. añ.ʒ.ij.
Medulle cassie. lib.ij.s.
Mellis. lib.iiij.s.

Et fiat electuarium: ⁊ ad faciendũ de çuccharo loco mellis accipe çucchari candij. ʒ.iiij.
Mãne electe. ʒ.ij.

¶ Et nota q̧ decoctio debet fieri de prunis violis ⁊ anisis suprascriptis.

Cassia fistulatũ alia magr̃alis valet cui⁹ ꝑmixtio. ℞.
Pulpe cassie.
Pulpe prunoruz damascenorum. añ.lib.i.
Tamarindorum ʒ.vi.
Mellis. lib.ij.

¶ Cassia ⁊ tamarindi dissoluantur cum decoctione maluarum matrum violaruz ⁊ mercurialis: in quo sint cocte pruno. damascenorum quantum sufficit.

Codognata de çuccharo sine specieb⁹ sic fit. valz sumẽtib⁹ ante cibũ ad ꝯfortanduz ⁊ fortificandũ stomachũ: ⁊ sumẽdo post cibũ ad restringendũ fluxũ sumentibus per horã ante cibũ: ⁊ similiter post cibuz imediate. ℞. Poma cydonia a cortice supiori ⁊ ab anima interiori mundata: ⁊ cum pauco vino vermilio antiquo cocta ⁊ in magdaleones reducta. lib.viij.
Zucchari boni ⁊ clarificati. lib.vi.
Et q̧ sint ab aqua ꝯsumati misce ⁊ coquant̃ omnia simul semp̃ agitando cuz spatula donec cocta sit ⁊ serua. hec est enim vera dosis çucchari que in codognata apponẽda est: alij ponunt equalẽ: sed prima melior est: ⁊ debet stangeçari cum baculo sup̃ ignẽ hinc ⁊ inde vsquequo cocta sit.

Conditum de cydonijs cuz perlis magistrale stomachum ⁊ cor confortat: ⁊ fortificat ⁊ ventrem stringit mirabiliter: cuius permixtio. ℞.
Seminis coriandrorũ preparatorum.
Radicum cyperi.
Cinnamomi fini. añ.ʒ.i.
Margaritarũ non preforatarum. ℈.i.
Zucchari albi. lib.ij.

¶ Et fiat confectio in forma manuschristi cum vino cydoniorum.

Cerotum Galeni emendans vitia stomachi Mesue stomachũ confortat que ex frigiditate fiunt ꝓparans ⁊ cõfortans appetitum ⁊ digestionẽ cibi ⁊ confortans epar ⁊ sedans dolorem eorum. ℞.
Rosarum rubearum.
Foliorum absinthij sicci.
Masticis. añ.ʒ.xx.
Spice inde. ʒ.x.
Tere subtiliter: ⁊ accipe cere noue. ʒ.iiij.
Olei rosati. lib.i.ʒ.vi.

¶ Dissoluantur oleum ⁊ cera ad ignez: ⁊ lauetur lauationibus pluribus cum aqua rosata: deinde iteruz lauetur cũ vino vermilio veteri ⁊ sucço cydoniorum ⁊ pauco aceti: deinde misce cum speciebus suprascriptis.

Cerotum hyssopi descriptione filagri. Mesue expertũ ad dolorẽ splenis stomachi ⁊ epatis ⁊ duritiam in eis ⁊ dolorem matricũ: ⁊ apostemata in eis linitũ exterius: vel etiã suppositũ in lana: ⁊ valet ad durities ⁊ nodositates que sunt in ipsis: cuius ꝑmixtio. ℞.
Croci. ʒ.v.
Bdellij.
Masticis.
Armoniaci.
Aloes.
Cere citrine. lib.i.
Terbentine. ʒ.i.s.
Medulle cruris vacce.
Adipis anseris. añ.ʒ.xv.
Hyssopi hũide. lib.i.ʒ.vi.
Storacis liquide. añ.ʒ.viij.

¶ Bdellium aromaticum ⁊ aloes dissoluãtur in aqua infusionis fenugreci ⁊ florum camomille: ⁊ cum ceteris fiat cerotum: ⁊ post filagrum addiderunt expressionis squille ʒ.iij. Olibani. ʒ.i. Sepi vituli. ʒ.xv. in alio cere noue. lib.i.minus quarta ⁊ est ꝯuenientius.

Cerotum oxycrocij ſm Nicolaum maiorem in antidotario valet ad fracturas costarũ fracturas ossium: ⁊ mirabil'r ꝯfortat ⁊ ratificat. ℞.
Croci.
Picis naualis.
Colofonie.i.picis grece.
Cere citrine. añ.ʒ.iiij.
Terbentine.
Galbani. añ.ʒ.i.s.
Armoniaci.
Myrre.
Olibani.
Aloes.
Masticis. añ.ʒ.i.s.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0215-0

¶ Conficiantur sic. galbanũ armoniacũ aliquãtulũ ꝯtusuz ponant̃ in aceto ꝑ diem ꝛ noctẽ: mane v̾o ponant̃ ad ignẽ vsqꝫ ad liquefactionẽ diuidẽdo: post liquefactionẽ colet̃: ꝛ iterũ coquat̃ vsquequo acetũ ꝯsumat̃: ꝛ tũc addant̃ pix naualis liq̃facta ꝛ colata: cera ꝛ colofonia ꝛ terbẽtina: ꝛ interuallo facto ponant̃ mastix: olibanũ: myrra ꝛ aloes semper cũ spatula agitando ad vltimũ cũ coctũ fuerit in aqua frigida ponat̃: ꝛ extracto ab aq̃ manibus exprimat̃ vt tota aq̃ exeat: ꝛ sup marmor vnctum oleo laurino puluerez croci suppositũ malaxet̃: ꝛ factis magdaleonibꝰ reseruet̃.
¶ De croco ℞ in ceroto a varijs diuersimode ponit̃ qdaz post ꝑfectã coctionẽ: ꝛ postq̃ȝ amotum est ab igne crocus intus ponunt: ꝛ cum alijs rebus bene icorporant: ꝛ modus iste magis a doctoribus laudat̃: alij v̾o supra dicto modo faciunt nec inutilis est.

Cerotum ꝑ costis magr̃ale: cuiꝰ permixtio. ℞.

Masticis.	Cere noue.
Galbani.	Absinthij.
Opoponaci.	Seminis fenugreci.
Serapini.	Floꝝ camomille. an̄. ℥.i.
Armoniaci.	Croci. ʒ.iiij.
Thuris.	Mucilaginis fenugreci.
Picis naualis.	Mucilaginis seminis lini.
Hyssopi humide. an̄. ℥.ij.	Mucilaginis althee. an̄.
Terbentine. ℥.i.	℥.ij.ʒ.iiij.

¶ Misce ꝛ ex his fiat cerotũ dissoluendo ꝑus gũmas in aqua decoctionis althee fenugreci ꝛ seminis lini: puluerięando ẽt puluerięanda reducant̃ ad formã ceroti.
¶ Camomille si simpliciter scribatur vel scriptuz reperiatur semper de flore est intelligendum.
¶ Mucilago althee si simpliciter scribitur vel scriptũ reperitur de radice facienda est vt doctores volunt.

Cerotum hyssopi descriptione Pauli Mesue valz vt diximus in descriptione filagri cerotum: cuius permixtio. ℞.

Armoniaci. ʒ.x.	Aloes.
Bdellij. ʒ.v.	Olibani. an̄.ʒ.ij.ſ.
Sigea: idest storacis liquide. ʒ.iiij.	Cere noue. ʒ.iij.ſ.
	Sepi vituli.
Croci. ʒ.i.ſ.	Medulle vituli. an̄.℥.ij.
Masticis. ʒ.ij.ſ.	Hyssopi humide. ʒ.xl.

¶ Irpleon. i. olei nardini quãtũ sufficit: ꝛ fiat cerotũ.

Cerotum pro renibus magistrale repertum vtile atqꝫ mirabile ad ꝓhibendũ aborsum in muliere pregnante vidi de eo vtilia experimenta ꝛ maxime in illustrissima nunc quondã comitissa brixie in partibus vltramontanis vxore illustrissimi Philippi domini de sabaudia que habuit duos aborsus: ꝛ approximato ceroto aliquo suo tempore portauit: ꝛ illo semel relicto iterum ad aborsum venit: in multisqꝫ alijs matronis ꝛ mulieribus illumqꝫ valde operauit: cuius permixtio. ℞.

Masticis electi. ℥.i.	Coralloꝝ rubeorum.
Laudani. ʒ.vi.	Sandalorum.
Cere citrine. ʒ.iiij.	Menthe sicce.
Radicum bistorte.	Seminis coriandroruz preparatorum.
Nucum cupressi.	
Succi hypoquistidos.	Gallie muscate.
Achacie.	Terre sigillate. an̄.ʒ.ij.
Sanguinis draconis.	Olei oliuarum completarum. lib.iij.
Rosaꝝ rubearũ. an̄.ʒ.ij.	

¶ Puluerięent̃ puluerięãda: ꝛ fiat cerotũ in bona forma ꝛ ꝙ sit tenax: ꝛ si nõ est tenax addat̃ parũ terbentine.
¶ Cerotum dicitur a cera quia omne cerotũ recipit ceram vel aliquid loco cere: ꝛ est quoddã mediũ inter vnguentũ ꝛ emplastrũ: spissius vnguẽto ꝛ liq̃bilius emplo.

Cerotum pro crepatis Gentilis in suis consilijs cõsilio ꝑmo ꝑciosissimũ ꝛ expertuz: ꝛ est in vsu in diuersis partibus: cuius permixtio. ℞.

Picis liquide.	Consolide maioris.
Colofonie. i. picis grece.	Cõsolide minoris. an̄.℥.i.
Cere citrine.	Gallarum.
Aristologie longe.	Nucum cupressi.
Aristologie rotũde.	Boli armeni.
Uermium terrestrium.	Succi hypoquistidos.
Aloes. an̄.℥.iiij.	Mũmie. an̄.℥.vi.
Lythargiri aurei.	Thuris.
Armoniaci.	Uisci quercini.
Opoponaci.	Lapidis emathitis.
Galbani.	Olibani.
Masticis.	Gipsi.
Bdellij.	Myrre. an̄.ʒ.iiij.
Sumach.	Sanguinis draconis. ℥.vij.
Terbentine.	Sanguinis humani. lib.ij.
Serapini. an̄.℥.i.	

¶ Confice sic. Accipe pellẽ arietinaz cũ pilis ide remotis coquat̃ in aq̃ taz diu donec tota liquefiat: ꝛ postea ꝑmitte aquã infridari ꝛ residere: deĩde accipe species bñ tritas ꝛ cribellatas: ꝛ gũme prius tantũ dissoluant̃ in aceto fortissimo q̃ dissolute sanguine cõmisceant̃: ꝛ hec oĩa permisce in colatura aq̃ pellis arietis in chacabo: ꝛ fac vt simul bulliãt donec ad nigredinẽ ꝛ formã ceroti veniãt ꝛ vtere. ¶ Sãguis humanus debet extrahi ab homine sano sane cõplexionis: ꝛ post extractionez debet in ceroto ilico poni: eo qꝛ longa ipsius extractio corruptionem inducit.

Cerotum de mucilaginibus magr̃ale valet ad mollificandum resoluendum maturandum oẽm duritiam ꝛ inflationem: ꝛ est expertum. ℞.

Mucilaginis althee.	Fecis olei linose. ℥.iij.
Mucilaginis fenugreci.	Lythargirij.
Mucilaginis seminis lini. an̄.℥.vi.	Terbentine. an̄.℥.iiij.
	Storacis liquide. ℥.ij.
Bdellij.	Picis naualis. ℥.iiij.
Armoniaci.	Cere noue. lib.ij.
Opoponaci. an̄.℥.ij.	Medulle bouis vel sepi castrati. ℥.iij.
Olei de lilio. ℥.iij.	

¶ Puluerięent̃ puluerięanda: ꝛ ex his fit cerotum in bona forma. ¶ Nota ꝙ quãdo storax simpliciter reperitur de calamita est intelligendum cum melior sit alijs speciebus. nam calamita idẽ est q̃d bona gutta a calos quod est bonum ꝛ mittos quod est gutta: ex his completur.

Cerotum aliud ad crepatos de pelle arietina ſm Rainaldum de villa noua in libro 2º in capitulo de crepatura. capitulo trigesimo. ꝛ multũ in vsu: cuius permixtio. ℞.

Lythargirij aurei.	Cere albe.
Opij.	Cere rubee. an̄.ʒ.i.
Sedenengi. i. lapis emathitis siue sanguinaris.	Radicũ cõsolide maioris.
	Radicũ cõsolide mediane.
Sanguinis draconis.	Radicum consolide minoris. an̄.ʒ.iij.
Boli armeni.	
Masticis.	Rosarum rubearum.
Armoniaci.	Myrre.
Mummie.	Aloes. an̄.gra.xv.
Galbani.	Palle marine. i. hale marine combuste.
Thuris.	
Costi.	Galle.
Lumbricorum terrestriũ. an̄. ʒ.ſ.	Balaustiarum.
	Aristologie rotũ. an̄.ʒ.vi.
Picis naualis vsualis.	Uisci quercini. ʒ.ij.
Pici grece. i. colofõie. an̄.ʒ.i.	Sãguis hois rufi. ʒ.viij.

¶ Conficiat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0216-6
DFG

⸿Cõficiat̃ h mõ. Accipe pellẽ vnã hedinã vł arietinã cũ oĩbus pilis suis: ⁊ decoquat̃ q̃ſi bulliẽdo ꝑ totũ diẽ: quousqꝫ tota liquefacta sit. ⁊ fiat sicut cola ⁊ parũ vel nihil de aqua ibi remaneat: deinde ex illa aqua accipe lib. i. optime cũ staminia vel panno colatã: ⁊ adde cũ eo viscũ q̃rcinũ: ⁊ in olla noua lẽto igne fac liq̃fieri ⁊ bullire: ⁊ cũ baculo semꝑ ⁊ ꝯtinue ducas: aut ꝑ aliũ ducere facias: deide lũbricos terrestres post cerã ⁊ picẽ addas: deide adde terbẽtine: idest gũmi albotin. ℥. ij. postea colofoniam: masticẽ: myrrã: armoniacũ: ⁊ galbanũ adde: ⁊ liquefac ĩsimul: ⁊ cũ baculo semꝑ ducant̃. ⁊ signuꝫ q̃n erit coctũ est ꝙ ponatur vna gutta ex eo suꝑ lapidẽ marmoreũ: seu suꝑ cultellũ oleo vnctũ: qḋ cũ ĩfrigidatũ fuerit si malaxet̃ ⁊ optime coaguletur: tũc signũ est ꝑfecte coctionis: sin aũt lẽto igne bulliat: ⁊ fiat ⁊ vsui reserua in pelle pecorina vel arietina. Et istud cerotũ est illud quo generalr̃ vtunt̃ doctores sub nomine ceroti ad crepatos: vel sub noĩe ceroti cuꝫ pelle arietina. ibi Rainaldus dicit. ꝙ crepatura accidit sepe in mulieribus ⁊ robustis viris: q̄ volũt nimis saltare vel currere: vel maxima põdera portare: vel petras grossissimas iactare: vł eas virilr̃ eleuare: vel ex nimio ⁊ alto clamore. Et Bartholomeus mõtagnana in suo antidotario hꝫ vnum emplastrũ vsuale pro crepatis: ſꝫ idẽ nõ est: veꝝ differunt paꝝ: de quo ĩfra. Gentilis in suis cõsilijs in ꝯsilio ꝑmo habet vnam descriptionẽ desuper istud scriptam ꝓut pꝫ: sed non est eadem: sed ista est plus in vsu.

Cerotũ de laudano magistrale: stomachũ ⁊ oĩa membra mirabilr̃ ꝯfortat. ℞.

Menthe sicce.		Cyperi.	
Rosarum rubeaꝝ.		Calami aromatici.	
Absinthij sicci.		Olibani.	
Ligni aloes.		Aloes.	
Masticis.		Myrre.	
Cinnamomi.		Coralloꝝ rubeoꝝ.	añ. ʒ. i.
Spice nardi.		Zedoarie.	
Myrtilloꝝ.	añ. ʒ. ij.	Terre sigillate.	
Gariofilorum.		Abrotani.	
Galange.		Centonici.	
Nucis muscate.		Cẽtauree maioris.	añ. ʒ. i. ß.
Macis.		Laudani boni.	℥. viij.
Zinciberis.		Cere citrine.	lib. ij.
Gallie muscate.		Terbentine.	℥. viij.
Costi.	añ. ʒ. ij. ß.		

⸿Liquefiant terbentina ⁊ cera ⁊ laudanuꝫ simul: deide suprascripte spẽs simul apponant̃. ⸿Aliq̃n reperies scriptũ mẽthe sicce ⁊ absinthij sicci. ⁊ aliq̃n mẽthe ⁊ absinthij simplr̃. Quereret aliq̄s q̄d in diuersitate dicta est faciẽdũ. In h dico ꝙ auctores semꝑ ĩtelligũt de ipsis siccis: q̃uis aliq̃n nõ exprimãt: ⁊ aliq̃n sic. ⁊ ꝓpter expõnẽ volũt postmodũ ĩtelligere de succis: ⁊ iõ expresserũt in aliq̄bus mẽthe vel absinthij sicci id qḋ volũt: ꝙ tu in ceteris ĩtelligas. nã q̃n volũt dictaꝝ humiditatẽ herbaꝝ dicunt succi menthe vel succi absinthij. quare bene ⁊c̃.

Diachilon magnũ Mesue siue cerotũ: ꝙ ambo appellãtur emplastrũ: veꝝ q̄z cõmuniter fit ad formam ceroti: ideo in eoꝝ summa ponã: valet ad resoluẽdũ ⁊ ad maturanduꝫ omnem duritiem ⁊ ĩflationem: ⁊ est expertũ: cuius ꝑmixtio. ℞.

Lythargirij subtiliter triti.	lib. i.	Mucilaginis seminis fenugreci.	
Olei irini.		Mucilaginis ficuum pinguium.	
Olei camomille.			
Olei anheti.	añ. ℥. viij.	Mucilaginis passulaꝝ.	
Mucilagis seis lini. ℥. xij. ß.		Succi ireos.	añ. ℥. xij. ß.
Succi squille.		Terbentine.	℥. iij.
Hyssopi humide.		Raxe pini.	
Glutinis alchanach.	añ. ℥. xij. ß.	Cere citrine.	añ. ℥. ij.

⸿Cõfice h modo. Accipe lythargiriũ ⁊ suprascripta olea ⁊ diu in mortario lapideo cũ pistello ferreo conquassent̃ ⁊ elaboret̃ in eoꝝ ꝯquassatione ꝑ mediã horã saltim: deinde bulliãt suꝑ ignẽ cũ facilitate semꝑ: ⁊ incusant agitando cũ spatula donec coaguletur lythargirium: tũc deponat̃ ab igne ⁊ ꝑmittat̃ ĩfrigidari: deide accipe mucilagies gluten succuꝫ ⁊ hyssopũ humidũ: terbẽtinã: ⁊ iter eos aliq̃li ebullitione bulliãt: deide in mortario cũ lythargirio ⁊ oleis ꝑdicta ponant̃: ⁊ cũ pistello tãtũ ꝯquassent̃ donec ꝯdecens fiat eoꝝ ꝑmixtio. Tũc iteꝝ oĩa reponant̃ suꝑ igneꝫ ⁊ cera addita tãtũ coquant̃ ꝙ ad debitã formã veniãt. s. ꝙ habeant solidiorẽ coctionẽ qualr̃ hꝫ dꝫ vnguẽtũ ⁊ nihil vltra ne adurat̃. ⸿Istud emplastrũ est in vsu: maxime ꝫ istaꝫ descriptionẽ: ipse aũt Mesue ĩtitulat h emplastrũ diaquilon: sed ẞm modernoꝝ opiõnẽ dꝫ dicere diachilon. i. cõpositio facta ex mucilaginibus ⁊ succis: ⁊ ꝓpter h a multis dĩ cerotũ de mucilaginibus sine gũmis: aut diaquilon sine gũmis. ⁊ sic si bene legis expositores nostroꝝ doctoꝝ videbis ꝙ emplastrũ diaquilon magnũ: ⁊ cerotũ de mucilaginibus ⁊ vnguẽtoꝝ diaquilon sine gũmis idẽ sunt: ⁊ qui nõ credit videat in antidotario Jo. Serap. ꝙ dicit vnguẽtũ de mucilaginibus: ⁊ est diaquilon: idẽ dicit Gẽtilis suꝑ 5° Aui. magister Petrus argillata in caplo de scrophulis ponit vnguẽtũ diaquilon: qḋ idem est: ⁊ ibi docet ipsuꝫ cõficere cum gũmis: de quo ĩfra. supra est positũ vnguentuꝫ de mucilaginibus ex auctoritate Bartholomei mõtagnane: qḋ põt fieri ꝓ diaquilon sine gũmis. Scias aũt ꝙ gñaliter aromatarij maxime apḋ nos faciũt emplastra in forma molli: ⁊ cerota in forma solida: de q̃ aromatarij Neapolitani admirant̃: q̄z ipsi faciunt ꝯtrarium. nam emplastra faciunt iñ forma dura: ⁊ cerota in forma molli. Leonardus de ꝑda palea in caplo de vlceribus ꝓfundis ponit emplastrũ diafinicon descriptione Alexãdri: sed dĩ emplastrum. i. dura confectio: eadem est opinio Nicoli.

⸿Gluten alchanach siue alchamach siue alaçanac quid sit generalr̃ ignoratur: vere vnq̃ꝫ vidi nec audiui ab aliquo. vidisse auctorẽ auctenticũ de eo mentionẽ facere: veꝝ ẞm ꝯsuetudinem aromatarioꝝ est cola piscium qḋ non nego nec affirmo. certe in partibus Rome dictum fuit ꝙ in rei veritate gluten alchanac est q̄dã viscus q̄ reperit̃ ĩ arabia suꝑ arborẽ ase fetide: tñ deꝰ scit. Magister Petrus de argillata qui sepe ⁊ sepius vtit̃ isto vnguento qḋ. ipse describit in caplo allegato. ⁊ ibi loco glutinis alchanac ponit viscum cum quo capiunt̃ aues: sed nos ĩtelligimus viscum quercinum: qḋ ꝯuenit in isto casu: tamen nõ affirmo quid sit generalr̃: loco eius ponit̃ cola piscium: sed ĩtentio nostroꝝ chirugicoꝝ viscus quercinus etiaꝫ valet. Si aũt facere volueris vnguẽtũ diachilon seu emplm̃ de mucilaginibus cũ gũmis opꝫ facere vt docet magister Petrus argilata in caplo allegato. vbi sic ait in fine descriptionis dicẽs. ꝯficiat̃ sicut ipse Mesue docet in antidotario: ⁊ si cuꝫ istis addat̃ bdellium armoniacum ⁊ serapinum. añ. ℥. i. erit diachilon gũmatum siue cuꝫ gũmis: tu võ scias si ponas supra vnguentum diachilon sine gũmis aut cerotum de mucilaginibus sine gũmis illas tres gũmas quas nominaui: tunc erit diachilon cum gũmis.

Diachilon minus Mesue siue cerotũ dissoluẽs ⁊ maturãs tumores a caliditate factos ⁊ apostemata calida: cuius permixtio. ℞.

Mucilaginis fenugreci.		Mucilagis althee.	℥. ß.
Mucilagis se. lini.	añ. ℥. i.	Fiãt dci mucilagines ĩ aqua	

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0217-2
DFG

decoctiõis melliloti. ℞. Olei camomille.
Lytbargiry subtilissime Olei irini. añ.ʒ.i.ſ.
puluerizati. ʒ.i.ſ. Pulueris radicis ireos. ʒ.i.
¶ Accipe ergo olea lytbargiriũ ⁊ pulueriza ireos ⁊ diu in mortario agitenť vt tibi ostendi in alio: facias commemorando ꝙ coctio sit inter vnguentum ⁊ cerotum.
¶ In oĩ cõpõne i qua itrãt lytbargiriũ ⁊ mucilagines post coctionẽ lytbargiry cũ oleo anteꝗ̃ mucilagines ponanť semꝑ debem⁹ expectare ifridationẽ vł saltim tepefactionẽ olei in quo ẽ lytbargiriũ. si eni ipsis feruẽtib⁹ apponerenť mucilagines adeo excrescerẽt sup captiã ꝙ maioꝛ ps in ignẽ ꝑdereť: ⁊ ħ sepe vidi ꝯtigẽ famulis aromatarioꝝ nõ exptis: ⁊ etiã a multis q se magistros esse dicebant.

Diachilon paruum Mesue: maturans ⁊ dissoluẽs tumores a caliditate factos: ⁊ apostemata calida. ℞.

Lytbargiry. ʒ.vi.	Mucilaginis seis lini.
Olei veteris clari. lib.i.	Mucilaginis radicum malue. añ.ʒ.ij.
Mucilagis psily. ʒ.iij.	
Mucilagis iusqami.ʒ.i.ſ.	

Et eius operatio est sicut operatio alterius.

Decoctio communis sic fit. ℞. Prunorum.

Tamarindoꝝ.	Liquiritie rase.
Passularum.	Oꝛdei mundi. añ.partes equales.
Uiolarum.	

¶ Bulliant hec omnia in aqua infusionis quantitatis sufficientis ꝑm artem: deinde coletur ⁊ reseruetur.

Decoctio pectoꝛalis magistralis sic fit: cuius permixtio. ℞.

Hyssopi sicce.	Passularum.
Capillorum veneris.	Oꝛdei mundi.
Ficuum.	Liquiritie rase. añ.partes equales.
Dactyloꝛum.	
Sebesten.	

¶ Bulliant hec in aqua quantitatis sufficientis ꝑm artez ⁊ coletur ⁊ seruetur.
¶ In hac decoctione sunt aliqui qui addunt ireos: sed ꝗ̃uis pectoꝛalis sit ego non laudo illum apponendum esse propter eius hoꝛribilitatem ⁊ malum saporem.
¶ Decoctiones iste ⁊ oẽs alie ꝑ tres vel q̃tuoꝛ dies ꝯseruãtur ⁊ nõ plus ⁊ maxime in estate: ⁊ iter oẽs hic icidẽter dicã de ifusione facta in aqua lactis seu casei: q2 minus ꝯseruať: q2 vix ꝑ vnum vel duos dies ꝯseruari potest.
¶ Syrupi võ ꝯseruantur si sunt de melle per duos annos. si võ de zuccharo ⁊ bene cocti ⁊ in vase bene obturati per annum durant aliter vix possunt durare.
¶ De ꝯseruatione iulep scias ꝙ iulep aquosum ⁊ male decoctum pauco tpe ꝯseruať: ⁊ maxime tpe estatis. iulep võ bñ coctũ ꝑ annũ seruať ⁊ nõ plus sub foꝛma iulep.

Decoctio carminatiua magistralis: que valet ꝯtra omnes ventositates. ℞.

Seminis anisi.	Ameos.
Seminis feniculi.	Cimini.
Dauci.	Polypody. añ.partes equales.
Carui.	

¶ Bulliant in aqua ꝑm artem vt dictum est in alys decoctionibus.

Decoctio constrictiua sic est: ⁊ sic fit. ℞.

Coꝛticum granatoꝝ.	Agrimoꝝ vuaꝝ.i.granelle.
Balaustiarum.	Sumach.
Myrtilloꝛum.	Acbacie.
Nucum cupressi.	Soꝛbaꝝ siccaꝝ.
Gallarum.	Nespillaꝝ imaturaꝝ siccaꝝ.
Cupulaꝝ glandiũ.	Caude eq̃ne. añ.ꝑtes eq̃les.

¶ Bulliãt in aqua plãtaginis ꝑz artẽ: ⁊ de dicta decoctione da vbi opz: ⁊ multũ valet ad restringendum.

Diabuglossatũ Mesue: valet ad ꝯfortãdũ coꝛ maniacis ⁊ melicis: ꝯfert syncopim: ⁊ tremoꝛẽ coꝛdis aufert. ⁊ modus eius est. Accipe floꝛũ buglosse bene mũdatoꝝ. ʒ.iiij. Zucchari albi. lib.i. Et expone soli: ⁊ fac sicut in caplõ de zuccharo rosato.

Diaboꝛiginatũ Mesue: valet ad ꝯfortandum coꝛ maniacis ⁊ melancbolicis: ꝯfert syncopim: ⁊ tremoꝛem coꝛdis aufert. ℞.
Floꝝ boꝛaginis. ʒ.iiij. Zucchari albi. lib.i.
¶ Contundãtur in moꝛtario lapideo ⁊ exponãtur soli vt dictum est in zuccharo rosato in isto sic fit.

Diamuscus dulcis Mesue: faciẽs ad pulsuz coꝛdis: ⁊ egritudines melancbolicas: ⁊ ad eum qui tristatur sine causa: ⁊ confert ad egritudines cerebri: sicut est vertigo ⁊ epilepsia ⁊ paralysis: ⁊ ad egritudines pulmonis ⁊ difficultati anhelitus: cuius permixtio hec est. ℞.

Croci.	Ozimi citrati. ʒ.ij.ſ.
Doꝛonici.	Been albi.
Zedoarie.	Been rubei.
Ligni aloes.	Foly.
Macis. añ.ʒ.ij.	Spice.
Albaꝝ margaritaꝝ.	Gariofiloꝝ. añ.ʒ.i.
Sete crude paꝝ aduste.	Zinziberis.
Karabe.	Cubebe.
Corallī rubei. añ.ʒ.ij.ſ.	Piperis longi. añ.ʒ.i.ſ.
Gallie muscate. ʒ.ij.ſ.	Musci boni. ℈.ij.

¶ Cõfice cũ melle crudo qđ sit quadruplũ põderis oĩuz: ⁊ pone in vase vitreo. Et sit dosis eius ʒ.i. vsq3 ad ʒ.ij.
¶ Si autem hanc confectionem amaram facere volueris valentioꝛ efficietur ad ea que diximus: ⁊ ad exiccandum humiditates stomachi ⁊ putrefactiones in eis: ⁊ pꝛoprie si addatur in permixtione eius.

Absinthy.	Keisim: idest semen leuisticí. ʒ.i.
Rosaꝝ rubeaꝝ. añ.ʒ.ij.	
Aloes optĩe abluti. ʒ.iiij.	Cinnamomi electi. ʒ.ij.ſ.
Castoꝛei. ʒ.i.	

¶ Puluerizanda puluerizenť subtilr: ⁊ fiat electuarium in bona foꝛma. ¶ Circa hanc descriptionem nota ꝙ de seda cruda paruz adusta sic aduritur. Accipe de folliculis sirici noui qui nonduz ꝑtransiuit annum vnum: ⁊ aperi ⁊ extrahe vermes quos intus reperies moꝛtuos ⁊ mũda ꝑ optime: deinde pone in olla noua dictos folliculos que coopertoꝛio lapideo bene tegatur: deinde in furno ponãtur: ⁊ tantum permittantur ꝙ possint puluerizari: deinde extrahanť ⁊ vsui reseruenť: hec eni combustio fit vt desiccet ac vt ꝯteri possit. in vna alia ꝯfectione infra reperies subtiliter icidatur: est etiã vt bene teratur. igitur per hoc itelligas ꝙ vterq3 modus laudatur. Tamen ego non soleo hoc in electuario nec in alys cõfectionibus coꝛdialibus setam comburere: sed subtilr incidere: sed si comburere vis vt verba Mesue sonant: caueas ꝙ illa adustio non sit icinerans: imo prudenter fieri debet: ⁊ talr ꝙ sericum soluz sit puluerizabile: ⁊ remaneat seta ꝑm foꝛmaz suam. dicit etiã crude: q2 ꝑ coctionez virtus eius extrahitur. ¶ De ozimo qñ enim in compositionibus reperies scriptum ozimi gariofilati: tunc idem est qđ semen basiliconis citrinuz. si võ ozimi simplr idem est qđ semen basiliconis nigrum: ⁊ hoc colligitur a planta basiliconis habens folia lata. Citrinum võ a planta faciens parua folia: ⁊ hec est ipsoꝛum differentia. Citrinũ enim magis aromaticũ est ⁊ coꝛdiale magisq3 calidum. igitur in hac compositione vbi dicit ozimi citrati: tũc ponere debes de ozimo citrino: q2 odoꝛẽ habent de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0218-8
DFG

citro: plꝰ ꝑ experiẽtiã videre possit fricãdo eũ in manibꝰ: dico de semine: ⁊ sic nr̃i aromatarij cõiter vtũtur. ℭ Dico bñ aduertẽdũ est de been scriptũ ꝑ duplex ee. been sũt due radices alba ⁊ rubea: ⁊ ðbẽt scribi ꝑ duplex ee: ⁊ nõ ꝑ vnũ e: neqꝫ ꝑ h prout pꝫ in 2° li° Auic. cap. 86. ℭ Spica aliqñ eñi reperit̃ scriptũ spice nardi vel spice ide: ⁊ ambe idem sũt: aliqñ spice romane vel spice çeltice: ⁊ hec due idẽ sũt. ℭ Mel crudũ est qð nõ est coctuꝫ. igit̃ si mõ descripto a Mesue facere vis Accipe mellis puri. lib. i. suprascriptarũ spẽꝝ. ℥. ij. ⁊ ꝑmisce: ⁊ sic habes mẽtem auctoris: sꝫ mel crudũ qð est q̃druplũ põderis oiuꝫ. si vo nõ habes mel purũ potes h mõ facere. Accipias vnã quãtitatẽ mellis quãtũ volueris ⁊ pone ad ignẽ ad bulliẽdũ: ⁊ semꝑ illũ dispumabis quousqꝫ coctũ sit: deide ab igne amoueat̃: ⁊ post infrigidationẽ suprascripta spẽꝝ quãtitas apponat̃: ⁊ h mõ habebis mel crudũ: ⁊ a sup̃fluitatibus depuratũ. alij vo dicũt ꝙ mel crudũ est illud qð manibus absqꝫ igne exp̃mit̃ a fauo mellis hĩ ⁊ extrahit̃: ⁊ hec opio non oĩno sine rõne est fundata vel illũ vel p̃scriptũ accipias: qꝛ ꝯueniunt: ⁊ si in forma solida facere vis fac vt supra. ℭ Aloes sucotrinũ dĩ aloes optimũ: qꝛ iter oẽs alias spẽs aloes est meliꝰ: ⁊ lauet̃ h mõ. Terat̃ quãtitas aloes tibi necessaria ⁊ rorabis illũ aque pluuialis vel aque endiuie: hec eniꝫ lotio fit vt ipsius acuitas amoueat̃ ⁊ ꝯfortatio augeat̃ donec totũ ab aqua sit madefactũ: deide soli exponat̃ ad desiccãdũ: ⁊ ꝑmittat̃ vsquequo possit denuo puluerizari: deide iteꝝ ꝯtere ⁊ quãtitatẽ de p̃dicta aq̃: iteꝝ irrora ⁊ soli exponas: ⁊ illud idẽ ⁊ tertio facias: demũ post exiccationẽ reserua ⁊ vtere illo. ℭ De aloe iteꝝ est notandũ ꝙ aliqui sunt q illũ cõburũt quẽ ponere volũt in hac ꝯfectione ⁊ nõ lauãt dicẽtes: ꝙ ꝑ cõbustione amouet̃ sua gũmositas ꝑ quã laxabat ⁊ stomachuꝫ debilitabat: ⁊ ꝑ h magis appropriat̃ alia vtus ⁊ alia opatio que est ꝯfortare: ⁊ imo melius ꝯfortat: ⁊ ad hoc notãdũ est ꝙ si aloes datur ad laxandũ nõ comburit̃ nec lauat̃: sꝫ si ad ꝯfortandũ vel abluit̃ vel cõburit̃: q̃uis cõbustio ipsius de raro fiat. Modus cõburẽdi est: ponat̃ in olla mũda: ⁊ suꝑ prunas ꝑmittat̃ donec aduratur. ℭ Semen leuistici compositionibus apponenduꝫ est nõ planta neqꝫ radix neqꝫ folia.

Diagalanga Mesue: valet contra morbos ventositatum grossarum ⁊ acetosaꝫ eructuationem medicina experta: ⁊ ad malitiam digestionis: ⁊ bonificat operationes stomachi ⁊ epatis frigidi: immo emendat defectionem ipsoꝝ. ℞.

Galange.		Calamenti.	
Ligni aloes.	añ. ℥. vi.	Mẽthe sicce domestice.	
Gariofilorum.		Heil. i. cardamomũ maius.	
Macis.		Spice.	
Keisim: idest semen leuistici.	añ. ℥. ij.	Seminis apij.	
		Seminis feniculi.	
Zinçiberis.		Seminis anisi.	
Oxymel simplex Mesue. Iuuamentorum multorum ꝓprioruʒ qui sunt in corpore toto ⁊ ad materias que sunt in iuncturis ꝓprie: quoniā resoluit eas ⁊ diuidit ⁊ subtiliat humorem grossum qui est in stomacho ⁊ epate: ⁊ est efficax in materias febriū longi tēporis. Diuidit eni ⁊ maturat eas. Cuiꝰ permixtio hec est. ℞.

Mellis boni. lib.ij. Aque fontium. lib.iiij.

Misceantur duo hec ⁊ bulliant lento ⁊ claro igne vsqʒ fere ad consumptionem aque: deinde bis addatur.

Aceti boni. lib.i. Decoquantur vsqʒ ad perfectaʒ decoctioneʒ ⁊ reseruetur in vitreato vase. ¶ Secaniabin.i.syrupus factus ex melle aceto ⁊ aqua. Squingibin est syrupus factus ex aqua aceto ⁊ çucchoro. Yeleniabin idem est qḋ mel rosatū. hydromel ꝟo idē est qḋ aqua mellis ⁊c̄.

Oxymellis compositi Mesue cōferens ad febres antiquas ⁊ diuidit ⁊ abstergit cholerā grossam ⁊ flegma ⁊ aperit oppilationes oēs ⁊ proprie stomachi ⁊ epatis ⁊ splenis ⁊ prouocat vrinam. ℞.

Corticum radicis apij. Seminis anisi.
Corticum radicis feniculi. añ.ʒ.ij. Seminis apij.
Semis feniculi. añ.ʒ.i.

¶ Mundentur cortices: ⁊ conterant̄: ⁊ proijciantur super eas in vase lapideo aceti boni antiqui ⁊ albi lib.x. aque lib.xij. dimittatur per diem ⁊ noctem. Deinde coquatur donec eius tertia cōsumatur: postea coletur: ⁊ proijciatur super ipsum mellis quod sit medietas eius: ⁊ coquant̄ cū facilitate: sicut superius diximus.

Oxymel squilliticum virtuosum Mesue. valet contra materias difficiles: ⁊ submersas ī locis difficilis eradicationis earū: ⁊ confert ad egritudines stomachi: ⁊ epatis: ⁊ viscerū: ⁊ eructuationes acetosaʒ: ⁊ mollificationē vesice. ℞. Mellis dispumati ⁊ purificati lib.iij. Aceti squillitici lib.ij. Coquant̄ vsqʒ ad perfectaʒ coctionē ⁊ reseruetur. ¶ Ad purificandū mel debet esse dupla quātitas aque ad mellis: vt mellis lib.ij. aque cōis lib.vi. simul debent bullire vsqʒ ad consumptioneʒ medietatis semper spumā abijciendo. hoc modo purificatur.

Oleum muscelinum. ¶ De Oleis. ℞.

Olei cōis. lib.vi. Costi.
Aq̄ fontiū. lib.iij. Myrre.
Folij. Cassie lignee. añ.ʒ.vi.
Spice. Xylobalsami. ʒ.vi.
Masticis. añ.ʒ.i.ß. Gariofilorum.
Storacis calamite. Carpobalsami.
Croci. añ.ʒ.vi. Bdellij. añ.ʒ.iiij.

Musci ʒ.i. alij dicunt ꝙ debet dicere musci. ʒ.i. Neregil.i.nuce indica. ʒ.ij. ¶ Hec omnia terātur grosso mō excepto musco: ⁊ bulliant simul ad ꝯsumptionē aque: deinde colent̄ ⁊ reponant̄ in vase vitreo. bn̄ obturato: ⁊ itus posito musco dissoluto cū oleo ⁊ serua. ¶ Istud oleum est in vsu in diuersis locis. dicit̄ aūt muscellinū ꝓpter muscū qḋ recipit: qdā praue putauerūt hoc eē oleū balsaminū.i. de granis been: sʒ nō recte: ille ꝟo q dedit istā descriptionē istius olei dixit ꝙ ipsuʒ iuenit in antidotario Gal.⁊ dixit. ꝙ Galenus cōposuit ipsuʒ. Neregil.i.nux indica ſm Serapionē in capl̄o de nuce indica: vt dictū est supra.

Oleum rosatum Mesue: ⁊ est confortatiuū: ⁊ resolutiuū: cōuenienter lenitiuū: ⁊ sedatiuū. Rude ꝟo est extinctiuū inflāmationū: cōfortatiuū: aggregatiuū: inspissatiuū: ⁊ ꝓhibitiuū cursuū ꝓpter qḋ potētissimū est potatū ad dissinteriā: ⁊ ad fluxuʒ menstruoꝝ per corpus. Et differt completū a rudi: qm̄ cōpleti materia est ex oliuis completis: ⁊ folijs rosarum completarū. Rudis auteʒ materia est ex oliuis: qbus nondū accidit completio ⁊ maturatio: ⁊ ex folijs que nō reserarūt nodos suos. ¶ Et modus compōnis est eius: vt accipiat̄ oleū de oliuis: aut oleū sisaminū recens lauetur cuʒ aqua fontiū lauationibus pluribus. Deinde accipe folia rosarū rubearū: recentiū cōtusarū quantitatē sufficientē: ⁊ sepelias in oleo qḋ modo lauasti: ⁊ reconde in vase vitreo: ⁊ obtura orificium eius: ⁊ exponas soli per dies.vij. Deinde coque in vase duplici per hora.iij. Deinde fac ꝑmutationem foliorum rosaruʒ: ⁊ vtere alijs recentibus ⁊ dimitte per alios dies.vij. Deinde exerce coctionem in eo sicut fecisti prius: ⁊ fac denuo permutationem folioꝝ rosaꝝ: ⁊ ꝓijce super illud aque infusionis rosarum quam tradidimus in capitulo de syrupis sicut quantitas olei: ⁊ stringe orificiuʒ vasis: ⁊ dimitte soli ꝑ dies.xl. Deinde excola ⁊ iterum expone soli: ⁊ dimitte tempore extenso: ⁊ vtere vbi oportet ⁊c̄.

Oleum rosatum Mesue alio modo: ⁊ est magis resolutiuum. ℞. Succi rosarum. Aque infusionis rosarū predicte. añ.partē.i. Olei loti ⁊ preparati: sicut diximus partes.iij. Folioꝝ rosarum contusarū quantū sufficit: reconde in vase vitreo: ⁊ expone soli sicut diximus. Deinde operare de decoctione eius ⁊ permutatione folioꝝ rosaꝝ: ⁊ expositione in sole ſm ꝙ diximus de per

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0243-6

mutatione succi ⁊ aque infusionis: ⁊ hoc fiat bis. ¶ Ultimo vero oleum cum succo rosarū: ⁊ aqua infusionis earum recondatur in vase: ⁊ exponatur per dies .xl. videlicet soli. ¶ Isto modo raro fit: sed hoc modo oleū factum est solutiuū: ⁊ est illud de quo intelligit Auicēna quādo dixit 2° lib° cap̄ de rosis ꝙ oleum rosatum soluit ventrē. ¶ Nota ꝙ rose ex quibus fit oleū rosatū: ⁊ syrupus rosatus: ⁊ cetera necessaria colligēde sunt in mense Aprilis vel May: ⁊ in vmbra exiccande que exiccande sunt ⁊c.

Oleum violatum Mesue. inflāmationes sedat vbicunqȝ sint: ⁊ lenit asperitates: etiā pectoris: ⁊ pulmonis: ⁊ sedat apostemata calida: ⁊ pleuresim. Et modus opatiōis est sicut olei rosati: excepto ꝙ debet fieri cū olei rudi: aut amigdalino: aut sisamino cū illis modis operationū: quos diximus. Cuius permixtio. ℞. Olei oliuaꝝ imaturatarū. lib. i. Uiolarum viridiū cōtusarū. ʒ. iiij. Reponant̄ in vase vitreo: ⁊ soli exponant̄ ꝑ dies. vij. deinde bulliant in duplici vase per horas. iij. postea colentur manibus cōprimendo: ⁊ hoc fiat bis semꝑ nouas violas mutādo soli exponendo: ⁊ decoquendo vt supra. Ultimo vero colature adde violas nouas quātitatem dictam: ⁊ super his adde. Aque infusionis violarū. lib. i. Et stringe orificiū vasis: ⁊ expone soli per dies. xl. deinde cola manibus exprimendo: ⁊ iterum in dicto vase exponat̄: dimittatur ⁊ permittat̄ vsquequo aqua cōsumpta sit. ¶ Infusio violarum debet fieri vt supra ostendi vt in syrupo violato ex ifusione. Accipiat igit̄ de illa aqua: ⁊ fit istud oleū.

Oleum de lilio sine speciebus Mesue est sedatiuū: lenitiuū: ⁊ mollificatiuū. Cui9 ꝑmixtio. ℞. Olei oliuarum. lib. i. Florum liliorum alborum. ʒ. iiij. Reponant̄ in vase vitreo: ⁊ soli exponant̄: ⁊ modo eo facias de decoctione: ⁊ de permutatione florū: ⁊ coctione: ⁊ de aqua infusionis quēadmodū fecisti in oleo camomillino: ⁊ anhetino: nec addendo: nec diminuendo. ¶ Infusionis modus florum liliorū alboꝝ est vt infusio rosarum ⁊ violarū: accipiēdo dūtaxat folia florū liliorum alborū.

Oleum de lilio cum speciebus Mesue. cōfert dolori pectoris: ⁊ est sedatiuū dolorū qui fiunt a frigiditate: ⁊ confert dolori matricū: ⁊ frigiditati eius: ⁊ calefacit renes: ⁊ vesicam: ⁊ confert colice. Et modus cōpositionis eius est sicut olei camomillini preter ꝙ oportet vt citrinitas eoꝝ tota abyciatur. Cuius permixtio. ℞.

Foliorū florū liliorum alborum. ʒ. viij.
Masticis.
Costi.
Calami aromatici. añ. ʒ. i.
Carpobalsami. ʒ. i.
Gariofilorum.
Cinnamomi. añ. ʒ. iij.
Croci. ʒ. ij.

¶ Omnia grosso mō ꝯterant̄: ⁊ ꝓyciant̄ super eis lib. ij. aque: folia lilioꝝ prius remota: ⁊ dimittat̄ per diē ⁊ noctē: postea oia simul bulliant tribus vel q̄tuor ebullitionibus: deinde pone olei oliuaꝝ vel sisamini super ea lib. ij. Et tribus ebullitionibus iterū bulliat: deinde ponat̄ in vase vitreo cum folijs liliorum: ⁊ dimitte in sole per dies. xl. deinde cola ⁊ administra. ¶ Istud oleum quādo fit ex lilio celesti. s. ireos: ⁊ tunc illud est magis resolutiuum calefactiuum penetratiuum: factum vero ex lilio albo est magis sedatiuum lenitiuum: ⁊ maturatiuum.

Oleum camomille Mesue est oleum benedictū expertoꝝ iuuamentoꝝ. est enī resolutiuū cōueniens: sedatiuū doloꝝ: ⁊ est in eo ꝓhibitio cursus materieꝝ ꝓpter stipticitatē eius modicā: ⁊ confortat neruos: ⁊ confert doloribus eoꝝ: ⁊ confortat neruosa oia. Et modus opationis eius est sicut olei rosati: ⁊ vt oleum violatū preterq̄ oportet vt fiat cū oleo de oliuis cōpleto: aut oleo sisamino cum illis modis ꝑparationū: quos diximus. ¶ Infusio florum camomille fit eodem modo: quo fit infusio rosarum ⁊ violarum: accipiēdo flores camomille loco rosarum: ⁊ ꝑm eandē quantitatē: ⁊ aque ⁊ florum.

Oleum de absinthio Magistrale: stomachū cōfortat: ⁊ calefacit: ⁊ fortificat: ⁊ vermes a pueris custodit. Cui9 ꝑmixtio. ℞. Sūmitatū absinthij. Succi abscinthij. añ. ʒ. iiij. Olei oliuaꝝ. lib. iij. Et de his facias prout in superiori tibi monstraui de decoctione ⁊ ꝑmutatione ⁊ expositione ad solem. ¶ Oleū quādoqȝ fit ex oliuis complete maturis: ⁊ illud oleum dicit̄ completū. Aliquādo fit ex oliuis imaturis: ⁊ illud dicit̄ rude vel onfancinū: ⁊ magis stipticum est frigidum completo.

Oleum de anheto Mesue. est sedatiuum dolorum: resolutiuum: prouocatiuum sudoris: quare cōfert rigori febris inunctum in spina: ⁊ membris neruosis. prouocat somnum: ⁊ confert dolori capitis: ⁊ resoluit apostemata: ⁊ durities: ⁊ modus operatiōis est. Cuius permixtio. ℞. Olei oliuarum. lib. i. Florū anheti. ʒ. iiij. Reponantur in vase vitreo: ⁊ decoquantur vt in superiore tibi dixi ter permutando flores: ⁊ ter decoquendo vt supra. vltimo adde. Aque infusionis anheti. lib. i. Et soli exponas per tempus tibi in superiori dicto: ⁊ omnia facias de isto quemadmodum de alio superiori monstraui.

¶ Modus infusionis florum anheti est vt infusio rosarum ⁊ violarum nec plus nec minus nisi ꝙ loco violarū vel rosarum ponatur Anhetum.

Oleum de rutha Mesue. Renes ⁊ vesicam ⁊ matricem calefacit ⁊ confert doloribus eoꝝ ⁊ dolori laterū. Et modus operationis est. ℞.

Foliorum ruthe.
Succi ruthe. añ. ʒ. iiij.
Olei oliuarum incompletarum. lib. iij.

¶ Tria hec reponātur in vase vitreo stricti orificij ⁊ obturetur os eius ⁊ soli per dies. xv. exponantur: deinde per horas quatuor in duplici vase coquātur postea colent̄ fortiter manibus cōprimēdo: ⁊ de secundo ⁊ tertio hoc reiteretur: demum decoquat̄ per tēpus. vt supra ⁊ reseruetur.

¶ De oleo nota ꝙ aliud est nouum ⁊ aliud est vetus: illō quod est nouum calefacit calefactione temperata ⁊ humectat. vetus vero est calidum magis q̄ resolubile.

¶ Igitur cum olea tēperata facere vis vel parum calida oleum nouū accipere debes. Cū vero calida: tunc vetus accipere potes. Et hic nota ꝙ omne oleum cū quo hec olea fiunt debet carere omni malo sapore.

Oleum de mentha magistrale. valet ꝯtra oppilationē stomachi ⁊ epatis ex frido humore ⁊ ꝯfortat stomachū ⁊ necat vermes in stomacho pueroꝝ ⁊ incitat appetitū ⁊ soluit durities in stomacho ⁊ tussim frigidā calefacit: stōchū bonū facit. Cuius ꝑmixtio. ℞.

Foliorum menthe viridis.
Succi mēthe. añ. ʒ. iiij.
Olei oliuarum completarum. lib. iij.

¶ Tria hec reponant̄ in vase vitreo ⁊ soli exponantur ꝑ dies. xv. os vasis obturando: deinde bulliāt per q̄tuor horas: deinde colent̄ manibus fortiter exprimēdo: ⁊ hoc idē ter reiteret̄ semꝑ modo ꝑdicto faciendo: deinde cola ⁊ reserua. ¶ Istud oleū a Mesue nō describit̄: sed sic cōiter ab omnibus practicantibus fieri solet.

Oleum sambucinum Mesue lenit ⁊ mundificat cutim ⁊ confert doloribus neruorum ⁊ confortat eos. Cuius permixtio hec est. ℞.

Olei oliuaꝝ. lib. i. Florū sambuci in mense May collectoꝝ. ʒ. iiij. Facias ⁊ de isto modo quo fit oleū camomillinū anhetinū lilioꝝ in oib9 tā de ꝑmutatiōe q̄ de coctiōe q̄ soli expōne ⁊ ifusionis additione. ¶ Modus ifusionis floꝝ sambuci fit vt infusio prescriptoꝝ florum ⁊ rosarū ⁊ violarum ⁊c. ¶ Insuper nota ꝙ omnes prescripti flores

debent

debent esse virides ⁊ de ipsis viridibus est intelligenduꝫ. Ideo semel in anno fieri possunt ⁊ non plus ⁊c.

Oleum de nenufare Mesue inflammationes sedat vbicunqꝫ sint ⁊ lenit asperitates etiam pectoris ⁊ pulmonis ⁊ sedat apostemata calida ⁊ pleuresim. Cuius permixtio hec est. ℞.

Olei oliuarum immaturarum. lib.i.
Florum nenufaris viridium contusarum. ʒ.iiij.

Reponantur in vase vitreo ⁊ facias put de oleo violato tibi dixi ⁊ de põne ad solẽ ⁊ decoctiõe ⁊ de pmutatiõe florũ ⁊ de additiõe infusionis. ¶ Infusio nenufaris fit sicut ĩfusio violaꝝ vel rosarũ nec plus nec minus. ¶ Ex oĩbus floribus fieri põt oleũ ⁊ hꝫ virtutẽ floruꝫ ⁊ fit vt de floribus violaꝝ tibi mõstraui: sed accipi debent cũ sunt cõplete maturitatis ⁊ nõ deperdũt nãlem eius colorẽ ⁊c.

Oleum costinum Mesue neruos ⁊ lacertos calefacit. Et aperit oppilationes eorum ⁊ confortat omnia membra neruosa ⁊ confert stomacho ⁊ epati: ⁊ cõfortat capillos ⁊ ꝓhibet caniciẽ ⁊ facit colorem ⁊ odoreꝫ corporis bonum ⁊ fit ita. Cuius permixtio. ℞.

Costi amari. ʒ.ij.	Sũmitatũ maiorane. ʒ.viij.
Cassie lignee. ʒ.i.	Uini odoriferi. lib.ij.

Confrangantur omnia predicta ⁊ infundanť in vino per noctes duas: deinde accipe. Olei sisamini. lib.iij.
Decoquanť oĩa in duplici vase per horas sex ⁊ reserua.

¶ Hic nota ꝙ auctor diť costi amari: ex his ṽbis posset quis credere ꝙ sit aliud costũ. igiť intelligas ex suis dictis ꝙ te instruit ꝙ nõ accipias de adulterato: sed de nãli qđ amarũ est: ⁊ his etiam nota que supra de costo tibi dixi.

Oleum de formicis volantibus Nicolai valet ad cõfortandum coitum. ℞.

Formicarum volantiũ ⁊ pone in oleo ⁊ pone soli per dies xl. in vase vitreo.

Oleũ de capparibus Magĩale valꝫ duritiei oppiloni ⁊ dolori splenis nec nõ omni eiꝰ egritudini. ℞.

Corticũ radicum capparorum. ʒ.i.	Tamarisci. ʒ.ij.
	Ruthe. ʒ.i.
Seminis agni casti.	Olei oliuarum. lib.i.
Scolopendrie.	Aceti.
Cyperi. añ.ʒ.ij.	Uini optimi. añ.ʒ.ij.

¶ Misce ⁊ confranganť omnia grosso modo ⁊ coquanť in duplici vase vsqꝫ ad ꝯsumptionem vini ⁊ aceti: deinde colẽtur ⁊ repone. ¶ Multe alie descriptiones huius olei reperiuntur a doctoribus descripte: sed ista melior est: ⁊ lõga experientia probata est.

Oleum myrtinum Joannis de sancto amando stomachum ⁊ cor confortat ⁊ neruos. Cuiꝰ permixtio hec est. ℞.

Myrtillorum. lib.i. confrangantur.

Uini optimi. lib.iij.	Olei cõmunis. lib.ij.

Misce ⁊ simul bulliant in duplici vase vsqꝫ ad consumptionem vini: deinde colenť. Et iterũ myrtilli ⁊ vinũ ſm eandem quantitatẽ cum dicto oleo ad coquendũ ponanť ⁊ iterũ ⁊ tertio hoc illud fiat: deinde coletur ⁊ reseruetur. ¶ In hoc oleo apponi debet vinuꝫ rubeum vt adiuuetur in stipticitate ⁊ melior sit. Nota sit illđ Mesue: qꝛ succus myrtillorum ad nos nõ portať ꝙ si haberi possit: modus faciendi est sicut olei cydoniorũ vt in isto ostensum est ⁊c.

Oleum masticinũ Mesue cõfortat stomachũ: neruos: epar: ⁊ iuncturas: ⁊ lenit apostemata: dura: ⁊ sedat dolores. Cuiꝰ permixtio. ℞. Olei rosati lib.i. Masticis. ʒ.iij. Uini boni. ʒ.iiij. Decoquanť omnia in duplici vase vsqꝫ ad consumptionẽ vini ⁊ reseruet. ¶ Uinum cum quo fieri dꝫ istud oleum esse debet vinum vermigium: eo qꝛ magis stipticum ⁊ confortatiuũ est.

Oleum de castoreo magĩale valet ad omnẽ friditatẽ neruoꝝ: ⁊ ad spasmũ: ⁊ tremorẽ: ⁊ confert tremori: ⁊ thetano: ⁊ doloribꝰ neruoꝝ: ⁊ iuncturaꝝ. ℞.

Castorei. ʒ.i.	Carpobalsami.
Storacis calamite.	Costi.
Galbani.	Bdelly.
Euforby.	Spice. ʒ.iij.
Oppoponaci.	Olei oliuarũ. lib.ij.
Been albi.	Uini boni rubei. ʒ.vi.
Been rubei. añ.ʒ.iij.	

Bulliant omnia simul in duplici vase vsqꝫ ad ꝯsumptionem vini: ⁊ cõquassenť: ⁊ coletur: ⁊ reseruetur.

Oleum scorpionum Mesue zᵐ valet ad lapidem in renibus ⁊ vesica frangit: ⁊ expellit euꝫ. ⁊ proprie in renibus ⁊ femore: ⁊ supra collũ vesice inunctũ: ⁊ iniectum per virgam expellit eniꝫ eũ. Cuiꝰ permixtio. ℞. Aristologie rotunde Gentiane. Cyperi. Corticũ radicis caperis. añ.ʒ.i. Cõteranť omnia grosso modo: ⁊ funde sup ea. Olei amigdalarũ amararũ kist.i. idest. lib.i.ʒ. ⁊ pone in sole per .xx. dies: ⁊ stringendo orificiũ vasis: deinde pyce sup ea Scorpionũ numero .xv. Et iterũ stringe orificiũ vasis: ⁊ dimitte in sole p dies .xxx. deinde colentur ⁊ reponanť. ¶ Istud oleum q̃uis Mesue iubeat absqꝫ coctione illud facere: tñ vt virtus istarum reruꝫ in oleo melius trãseant laudarẽ ꝙ anteq̃ soli exponerenť cum oleo ad ignẽ tribus vel quatuor ebullitionibus ⁊ plus bullirent: eo qꝛ in eo fit de decoctione multa sustinentia.

Oleum cydoniorum Mesue stomachuꝫ ⁊ membra nutritionis confortat: ⁊ neruos: quibus accidit laxitas: ⁊ ꝓhibet mltitudinẽ sudoris. ℞. Carniũ cydonioꝝ tritoꝝ cũ cortice suo: qbus media accidit maturatio. Succi cydonioꝝ cũ cortice incõplete maturatoꝝ. añ.ʒ.vi. Olei ex oliuis imaturis. lib.iij. ¶ Tria hec ponanť in vase vitreo ⁊ soli reponanť per dies .xv. vase obturato: deinde coquanť in duplici vase p horas .iiij. deinde coleť cum pecia exprimẽdo: ⁊ colature iterũ addanť cydonia: ⁊ succus eoꝝ quãtitate suprascripta. Et soli per tantũ tẽpus dimittantur: deinde in duplici vase vt supra coquãtur: deinde exprimanť: ⁊ iterum ⁊ tertio cydonia ⁊ succus colature addantur: ⁊ soli exponantur: ⁊ tẽpore dicto iteruꝫ dimittanť: postea vltimate coquatur ⁊ coletur ⁊ seruet.

¶ Si oleum de oliuis immaturis haberi nõ posset loco ipsiꝰ accipi põt oleũ cõpletũ ⁊ ter vł q̃ter lauari põt in aq̃: ⁊ ita aliq̃liter virtuti olei incõpleti approximabit. Et modus lauandi oleũ est in vnguẽto dialthee magistralis ⁊c.

Oleum spice seu nardi Mesue: ⁊ est zᵃ descriptio ⁊ ẽ oleũ benedictũ multoꝝ iuuamẽtoꝝ: ⁊ ꝓprie ad oẽs egritudines friditatis: ⁊ ventositatis: ⁊ ꝓprie neruoꝝ stõchi: ⁊ epatis: ⁊ splenis renũ vesice ⁊ matricis: ⁊ cõfert dolori auris ventoso: ⁊ dolori capitis: ⁊ emigranee ſm oẽm modũ administrationis eius: etiaꝫ facto ex eo caput purgio purgat: ⁊ colorẽ efficit bonũ ⁊ corpis odorẽ. ℞.

Spice inde. ʒ.iij.	Foliorum lauri.
Sãsuci. i. maiorane. ʒ.ij.	Cyperi.
Xyloaloes. i. lignũ aloes.	Squinanti.
Radicum enule.	Cordumeni. i. carui agreste. añ.ʒ.i.ʒ.
Foly indi.	
Calami aromatici. añ.ʒ.i.ʒ.	

Confranganť oĩa grosso mõ: ⁊ fundanť sup ea vini boni ⁊ aque. añ. tãtũ ꝙ p̃dicte res cooperiantur. Olei sisamini lib.vi. Decoquanť in duplici vase p horas .vi. lẽto igne: deinde sine colatura oĩa in vase reponãť ⁊ obtureť os vasis. ¶ Oleũ oliuaꝝ est mã oĩuꝫ oleoꝝ: ⁊ denominationẽ olei hñt ⁊ intelligiť de oleo oliuaꝝ: ⁊ nõ de alio oleo. Compositio huius olei est preciosissima: sed rare fit ꝓpter penuriã

foliỹ veri: ꝛ ꝓpter auaritiã emptorũ nolentiũ debitũ pre/
cium soluere. ¶ Oleum sisaminũ nõ fit: qꝛ grana sisami
nõ reperitur apud nos: sed loco ipsius accipi potest oleũ
amigdalarũ dulcium vel illud qđ inferius describitur.

Oleum spice Magistrale: ꝛ hoc communiter fit ꝛ valet. ℞.

Spice nardi. ʒ.ij.
Spice celtice. ℥.i.
Sticados. ʒ.iiij.
Maiorane. ʒ.iiij.
Nucis muscate.
Cinnamomi. añ.ʒ.vi.
Masticis. ʒ.ij.
Calami aromatici.
Croci. añ.ʒ.ß.
Succi saluie.
Uini optimi. añ.℥.vi.
Olei cõmunis. lib.vi.
Aque fontis. ℥.vi.

¶ Cõfrangant̃ oĩa simul: ꝛ coquant̃ in duplici vase lento
igne vsqꝫ ad ꝯsumptionẽ vini ꝛ aque ꝛ succi deinde reser/
uet̃. ¶ Omnia olea debent coqui in duplici vase ꝛ lento
igne: eo qꝛ oleũ facilr̃ est resolubile: ꝛ magno calore inflã/
maret̃: ꝛ virtus deperderet̃: imo doctores volunt ꝛ iusse/
runt hanc decoctionẽ. modus aũt tritus est. Sed si artifi/
ciale vas ad hoc nõ haberemus: possemus accipere vrceũ
petre vel stagni coopertũ ꝛ in eo oleũ ꝛ alia ponere: dein/
de dictum vrceum infundere in cacabo aque pleno: ꝛ sub
eo ignem facere ex ebullitione aque oleũ qđ aquã nõ tan/
git ꝺcoquat̃: ꝛ hic est modus optimus. ¶ Dicit̃ oleũ spice
a spica in eo intrante: eo qꝛ spica est basis in hoc oleo ꝛc̃.

Oleum vulpinum Mesue: ꝛ est medicamen nobile
vtillimũ ad artheticaꝫ: ꝛ podagrã: ꝛ dolorem
renũ: ꝛ dorsi. Cuius ꝑmixtio. ℞. Uulpem vnã integrã: cu
ius interiora sint euulsa: ꝛ pone in vase: ꝛ funde super ipsaꝫ
aque fontiũ: ꝛ aque marine. añ. kist. i. idest lib. i. ß. Olei
antiqui clari kist. ij. ß. idest lib. iij. ℥. viij. Et simul oĩa de/
coquant̃ lento igne cũ salis. ℥. iij. Et coquant̃ vsqꝫ ad aq̃
cõsumptionẽ: deinde ꝑmuta in alio vase: ꝛ ꝓyce sup ipsa.
Anheti. Alase. i. thimus. añ. lib. i. Et funde sup ea aque
dulcis decoctiõis predictarũ herbarũ. lib. ij. Et decoque
sicut prius vsqꝫ ad aque consumptionẽ: ꝛ carnis ab ossib⁹:
ꝛ neruis separationẽ: deinde colent̃ omnia fortiter expri/
mendo ꝛ reseruet̃. est enim mirabile. ¶ Et quãdo preter
oleum coquit̃ vulpes in aqua fontiũ: ꝛ aq̃ salsa: ꝛ sit aque
quãtitas multa cũ eisdeꝫ herbis: ꝛ administret̃ lauãdo in
tina est efficax. Hoc quoqꝫ nõ pretermittimus ꝙ vulpes
tãdiu debet coqui siue in faciẽdo oleũ siue aquã ad abluẽ/
dũ donec discocta sit vt eius artus oẽs laxentur ꝛ dissoluã/
tur. ¶ De aqua marina. Nam si illam habere nõ potes lo
co eius apponas aquã bene salitam: ꝛ cum hoc qđ bene sa
lita sit iterũ quãtitatẽ salis in receptã descriptã appones.
¶ Aqua marina ante quartũ diẽ putrefacit ꝛ fetet. Sed
ad eam conseruandã per mensem ponat̃ seu misceat̃ cuꝫ
ea parum aque vite. Aqua enim vite est bona ꝯseruatrix:
eo qꝛ resistit contra omnẽ putrefactionẽ. Et vltra hoc cõ/
seruat encaustrũ ne a magno frigore congelet̃: vt sepe ego
expertus sum hoc incidenter. ¶ Salis si simpliciter scri/
batur vel scriptũ reperiat̃ semper de vsuali ꝛ cõmuni in/
telligat̃. ¶ Kist enim idem est qđ lib. i. ß. vel cotile due.
Et cotila est ℥. viij. vt volunt doctores ꝛc̃.

Oleum de hypericõ Magistrale mirabile. ℞. Sũ/
mitatũ hypericon. ℥. iij. Infundant̃ in vino
odorifero ꝑ. iij. dies ꝛ noctes: deinde bulliat in duplici va/
se bñ obturato vase: ꝛ fortis fiat exꝑssio: postea. ℞. tãtũdẽ
hypericon bñ contusi: ꝛ infundat̃ in suprascripto vino tri/
bus diebus ꝛ noctibus: deĩde addat̃ terbẽtine. ℥. iij. Olei
antiqui. ℥. vi. Croci. ℈. i. Et misceant̃ ꝛ coquant̃ in bo
ꝗa in duplici vase vitreo vsqꝫ ad cõsumptionẽ vini: dein/
de reseruet̃ in vase vitreo: istud oleũ nõ est multũ in vsu:
hypericon est satis nota: eo ꝙ a Diascoride vocat̃ hyperi/
con. Auicẽna inquit hypericon nominat̃ arabice alcarib:
ꝛ noiat̃ syriace vua demonis. Diascorides facit de hyperi
con tria capl'a: ꝛ distinguit ipsas spẽs. vnũ facit sub nomĩe
asquiron: aliud sub nomĩe coriũ ꝙ est rapa rustica. aliđ de
hypericon. sed Serap. in vno cap. de oĩbus loquit̃: sed illđ
hypericon: quo vtimur hꝫ folia ꝑua: ꝛ in eis foramina mi/
nuta: ꝛ ꝓpea vocat̃ ꝑforata siue herba sancti Joãnis siue
fuga demonũ apud nos inuenit̃ in partibus nostris.

Oleum ꝑ dolorib⁹ pueroꝝ bonũ ꝛ expertũ. ℞. Olei
anheti: olei camomil. añ. ℥. vi. olei rube: sto
racis liqde. añ. ℥. iij. pulueris cimini. ℥. ij. bulliãt oĩa vna
ebullitione: deĩne colet̃ ꝛ vsui reseruet̃ quando oportet.

Oleum de amigdalis dulcib⁹ Mesue. valet asꝑitatẽ
lenit gutturis ꝛ pulmonis ꝛ partiũ oiuꝫ exte/
rioꝝ ꝛ oẽs durities ꝛ siccitates mẽbroꝝ ꝛ iũcturaꝝ lenit.
Et cõfert ethicis ꝛ ĩpinguat ꝛ augmentat spma. Et iniectũ
ꝯfert dolori vulue ꝛ vesice: ꝛ modus faciendi dcm̃ oleũ ta
lis est. ℞. Amigdalas quãtitatẽ quã volueris. Cõtere eas
bñ vel masina eas ad molã ꝛ ipsis bene masinatis repone
in patella sub qua sit ignis clarus ꝛ eas in dicta patella re/
uolue manib⁹ quousqꝫ dicta pasta sit bñ calida: deinde di/
cta pasta ĩuoluat̃ in tela postea in expressorio ponat̃: ꝛ be/
ne cõprimat̃ ꝛ stet sub eo aliqualr̃: deinde iteruꝫ ad molã
ponas ad remolliẽdũ: ꝛ postea in patella iteꝝ ad bene cale
faciendũ ponant̃: demũ post calefactionẽ petys ĩuoluat̃: ꝛ
iterũ exprimat̃: ꝛ tunc hẽbis totũ oleũ. Alios modos po/
nit Mesue: sed iste magis vsitatus est. ¶ Sũt ꝗ subtileꝫ
corticẽ ab amigdala remouẽt anteq̃ꝫ oleũ faciãt easqꝫ mũ/
dant ab omni ĩmunditia: ꝛ modus iste bonus est: ꝛ oleum
magis ꝑfectũ. Sed inhertia detenti pauci sunt qui hoc fa/
ciant. modo igit̃ ꝑscripto de oleo amigdalarum fiunt oĩa
olea que per expressionẽ fiunt vt de nucleis persicoruꝫ de
chrysomillis: ꝛ oleum amigdalarum amararum.

Oleum de amigdalis amaris Mesue est apitiuum
oppilatiuum carminatiuum ventositatum ꝛ
resolutiuum ꝛ ꝯfert dolori auriũ ꝛ surditati ꝛ sybilo. lenit
asperitates ꝛ delet pãnum faciei: ꝛ cõfert doloribus neruo
rum ꝛ duritiem eoꝝ lenit: ꝛ modus cõpositionis eius est
sicut diximus de oleo de amigdalis dulcibus.

Oleum amigdalarum Magistrale pro bibendo sic fit. ℞.

¶ Amigdalaꝝ excorticataꝝ. lib. iiij. vel lib. ij. si vis exic/
cent̃ bene ab aq̃ in bacilono sub quo sit ignis carbonũ: de/
inde bene pistent̃: post bonã contusionẽ ponant̃ in bacilo/
no dicto: ꝛ bene calefiãt manibus semꝑ ducẽdo: deinde re
colligant̃ in vnã massaꝫ: ꝛ si teneri per se nõ possent paruꝫ
aque violaꝝ asꝑgant̃ vsquequo de eis fieri possit ad mo/
dũ pastoni semꝑ tñ manibus ducẽdo. Postea ĩclinato ba/
cilone ad vnaꝫ positionẽ sub quo remoueat̃ ignis massaꝫ
dictã manibus cõprimẽs: quẽadmodũ mulieres solẽt fa/
cere cum pãnos suos inlisciuant: ꝛ post aliqualeꝫ fricatio/
nem cum sapone illos exprimunt: ꝛ hoc sepe facias. Et sic
extrahes pro omni lib. i. amigdalarũ. ℥. iij. olei. hoc ego se/
pe feci ꝛ fieri feci pro multis personis. ¶ Olei amigdala/
rum simplr̃ si scriptuꝫ reperiat̃ ꝛ absqꝫ determinatione.
semꝑ de oleo amigdalaꝝ dulciũ est intelligendum.

Oleum de nucleis ꝑsicoꝝ Mesue. s. ex nucleis per/
sicoꝝ. valet oppilõnes aperit ꝛ cõfert dolori
auris ꝛ occidit vermes in eis ꝛ linit̃ super vmbilicum ca/
lidũ ꝛ necat vermes vulnerum ꝛ confert dolori ani ꝛ he/
morroidaꝝ ꝛ tumoribus eorũ. Et modus faciẽdi dictum
oleũ est sicut diximus de oleo de amigdalis dulcibus.

Oleum laurinũ Mesue confert dolori capitis ꝛ emi
grance frigidis ꝛ dolori neruoꝝ ꝛ iunctura/
rũ: ꝛ cõfert neruis lesis a frigiditate: ꝛ ꝯfert dolori stoma/

chi ꝛ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0246-3
DFG

chi ⁊ dolori colico ⁊ renũ ⁊ dolori mĩricis epatis ⁊ splenis ⁊ dolori viscerũ. Et modus faciẽdi dcĩm oleũ talis ẽ. ℞. Granorum lauri maturorum quantũ volueris ⁊ dum adhuc sunt recentia tere in pila ⁊ fac bullire cum aq̃ in caldario. Deinde exprime in çamari plano nõ habente concauũ ⁊ collige ex aqua qđ supernatat oleũ. Deinde iterum exprime grana ꝯtrita in çamari habente vacuũ: ⁊ ĩfunde aquã calidã ⁊ collige oleum: ⁊ repone ⁊ administra vbi oportet.

Oleum laurinum Magistrale valet vt supra: ⁊ modus faciendi talis est. ℞. Baccarum lauri quantitatẽ quã volueris: mundenẽ a superiori cortice ⁊ maxinenẽ bene ad maxinã oleariorũ: deinde calefiat illa pasta in cacabo: semper manibus agitando sub quo sit ignis: deinde inuoluatur in pecia: ⁊ sub expressorio ponatur: ⁊ bene exprimatur ⁊ iterato remasinetur: calefiat ⁊ exprimatur ⁊ habebis oleum.

¶ Alio modo docet facere Mesue hoc oleum bulliendo in aquã dicte baccare ⁊ pinguedo supernatãs p ipso oleo accepit vide ab eo: sed modus superior melior est.

¶ Ex multis seminibus ⁊ ex multis nucleis fructuum olea fieri possunt: sed quia in vsu non sunt sermonem non licet fieri. Olea nucũ amigdalarum amararum auellane chrysomille de persicis de nuce ida de ceresis de granis citri de phisticis ⁊ pineis: de lino: de semie papaueris: de semine lactuce: de semine cucurbite: de semine fenugreci fieri possunt ⁊ fiunt per expressionem: modo quo fiunt olea amigdalarum dulcium vel amararum.

Oleum irinum Mesue est abstersiuũ resolutiuum ⁊ ⁊ maturatiuũ ⁊ sedatiuũ dolorum frigidorũ ⁊ subtiliatiuũ ⁊ maturatiuũ materierũ que sũt in pectore ⁊ pulmone ⁊ confert doloribus epatis ⁊ splenis ⁊ calefacit ea. Et cõfert doloribus iuncturarũ ⁊ lenit durities earũ: ⁊ apostemata dura: ⁊ scrofulas. Et cõfert dolori ⁊ frigiditati matricis iuuamentũ manifestũ. Et confert spasmo. Et distillatur in aurem: ⁊ confert dolori ipsius ⁊ fetori nariũ. ℞. Radicũ ireos. ℥.ij. Florum eius. ℥.iiij. Aque decoctionis radicũ eius lib.i. Oleũ sisaminũ: aut de oliuis maturis. lib.ij. Bulliant in duplici vase vsq; ad aque consumptionẽ: deinde cola ⁊ permuta radices ⁊ flores: ⁊ aquã decoctionis: ⁊ iterũ hoc bis fiat sicut diximus de oleo rosato: deinde cola ⁊ reserua. ¶ Oleum istud est illud quod intrat in vnguento arthanite Mesue ⁊c̃.

Oleum de granis sisami Mesue. impinguat: ⁊ addit in spmate: ⁊ lenit durities: ⁊ asperitates: ⁊ clarificat vocem: ⁊ lenit guttur: ⁊ est materia aliorum oleorum multorum. Et modus compositionis eius est sicut olei de amigdalis preterq̃ oportz vt grana sisami prius excorticentur. ⁊ modus operationis eius est. Mundetur sisamus ab oĩbus ĩmundicijs: deinde roretur sup ipsum aqua cum sale pauco: ⁊ ꝯfricetur manibus: iterũq; roretur donec madefiat: postea expandatur vt exiccetur: deinde assetur assatione modica: ⁊ ponatur in sacculo pãni asperi ⁊ fricetur mltũ donec excorticetur: deinde mundetur a corticibus: ⁊ molatur cũ molis: ⁊ fiat alrachine: ⁊ de cetero trahatur oleum sicut de amigdalis: ⁊ q̃nq; trahitur oleum preterq̃ excorientur. Et eius operatio est vt assetur p̊ sisamus: deinde molatur ⁊ fiat alrachine: ⁊ trahatur oleum sicut diximus.

Oleum sisaminum Magistrale: quod fit quando haberi non potest oleum de granis sisami. Cuius permixtio. ℞.

Musci. ʒ.i.	Spice.
Ligni aloes. ʒ.ſ.	Cardamomi. s. maioris ⁊ minoris.
Nucis muscate.	Gallie muscate.
Gariofilorum.	
Macis. añ.℈.i.	Cubebe. añ.℈.i.

Calami aromatici. ℈.i. Olei cõmunis. lib.i. ¶ Bulliant in duplici vase ⁊ reponantur. ¶ Istud oleum ingreditur in multis medicinis: ⁊ quia ad nos non defertur q̃q̃ multi ⁊ false dicant q verus apportatur: hanc cõpositionẽ loco ipsius solent medici dispensare que in virtute est ipsius. Et si hanc nõ vis facere ⁊ aliud habere nõ potes ipsorum loco accipias oleum amigdalarum dulciũ: qui in virtute est illius vt omnis medicorum tenet schola. sed recens esse debet non rancidum.

Oleum de chrysomillis Mesue sedat dolorẽ ani: ⁊ hemorroidarũ: ⁊ resoluit tumores ĩ eis: ⁊ tumores nariũ: ⁊ ĩpedimẽta lingue: ⁊ dolores auris: ⁊ modus est sicut diximus in capl'o de oleo de amigdalis dulcibus.

Oleum de tartaro Magistrale. valet ad maculas faciei purgandũ. ℞. Tartarũ quãtitatẽ quam volueris ponatur sup prunas: ⁊ tãtũ pmittatur q totũ inflãmetur ⁊ rubeat: postea ponatur in sacculo lineo ⁊ pone dcĩm sacculũ in loco humido sicut in penu: ⁊ sub sacculo ponatur vel ampulla vel cyatũ. qđ enim exiet ab eo oleum tartari ab oĩbus solet appellari. ¶ Hoc oleũ põt fieri tam de tartaro albo. s. vini albi q̃ vini rubei. ¶ Et sũt qui alio mõ faciũt s. pulueriçando tartarũ subtiliter: deinde in sacculo tele reponũt: ⁊ ipsum sacculũ ⁊ tartarũ irrorãt aceto: deinde sub prunis ponũt ⁊ relinquunt vsquequo nigrescit: deinde extrahũt illum a sacculo: ⁊ iterũ pulueriçant: ⁊ aceto aspergũt: ⁊ sub prunis ponunt: ⁊ post ipsius nigredinẽ sacculum accipiũt: ⁊ in penu ponũt: ⁊ liquor erit. ¶ Quinq; modis habetur diuersitas oleorum. Quedã enĩ olea fiunt p expressionẽ ⁊ oliuarũ ⁊ amigdalarũ. Quedã per ipressionẽ vt oleum camomille ⁊ de absinthio. Quedã p resolutionẽ vt oleum ouorũ ⁊ frumenti. Quedã p sublimationẽ vt oleũ philosophorum: vel de lateribus. Quedã v̊o p emanationẽ vt oleum balsami. Et iterũ oleorum triplex est diuersitas. Quedã enim sunt frigida. vt rosatũ violatũ. quedã tẽperata: vt amigdalarum dulciũ recẽs: eo q a elapso mense rancescit: ⁊ sic sua tẽperies deperditur ⁊ calidũ fit: iõ dixi recens. ¶ Et quedam calida vt ruthaceũ costinũ ⁊ vulpinũ. Olea frigida quãto recentiora tãto meliora: ⁊ cũ transeunt tres menses virtus ipsorum perditur ⁊ calida fiunt. Temperata v̊o vsq; ad sex menses sunt in sua bonitate. Calida v̊o seu calefacientia quanto antiquiora: tanto meliora ⁊c̃.

Oleum saluie Magistrale. Cuius pmixtio hec est. ℞. Foliorum saluie. Succi eius. añ.℥.iiij. olei oliuarum lib.iiij. Et facias prout in oleo ruthe mẽthe ⁊ absinthij tibi ostensum est: decoctiõe: expositione ad solẽ: ⁊ trina pmutatiõe succi ⁊ herbe. ¶ Modo hoc potes facere ex oĩbus herbis oleũ: ⁊ illud oleum habebit virtutem illius herbe. Sed fieri debent olea ex herbis in mẽse Maij: vt in pluribus: eo q tunc maiori virtute vigent.

Oleum de euforbio Mesue. ⁊ est medicina solemnis ad egritudies neruorum frigidas: ⁊ dolori eorum: ⁊ dolori iuncturarũ: ⁊ dolori epatis: ⁊ splenis. Et fit caput purgiũ ex eo ad sodã emigraneã ⁊ lythargiã: quod ita fit. ℞. Euforbij. ℥ſ. Olei de keiri. ℥.v. Vini odoriferi tantundem. decoque vsq; ad vini cõsumptionem ⁊ vtere. ¶ Alius modus est faciendi dictũ oleũ. ℞. Staphisagrie. Condisi. añ.ʒ.iiij. Piretri. ʒ.vi. Calamẽti mõtani sicci. ʒ.xij. Costi. ʒ.x. Castorei. ʒ.v. Tere ⁊ decoque in vase vitreo cũ vini odoriferi. lib.iij.ſ. ¶ Postq̃ infuse fuerint in eo diebus duobus vsq; ad medium vini. Deinde manibus fricatione vehementi cola: ⁊ funde sup ipsum olei de keiri: aut olei sisamini. lib.i.ſ. Et decoque vsq; ad ꝯsumptionẽ vini. Deinde p̃ice sup ipsum Euforbij recentis ⁊ albi. ʒ.iiij. triti ꝯtritione vltima: ⁊ coquatur cum eo. ¶ De condisi est species ellebori albi.

Oleum de semine lini Mesue confert ad spasmum ꝛ lenit duritiē neruoꝝ:ꝛ iūcturarū:ꝛ ē medicina magna egritudinibus ani sicut sunt apostemata:ꝛ hemorroide:ꝛ ragadiē:ꝛ dolori pulsatiuo. Et modus operationis eius est sicut olei sisamini preterꝙ̄ non oportet vt excorientur semina lini.

Oleum de cucurbita Mesue valet ad inflāmatiōes sedat vbicūqꝫ sint:ꝛ lenit asperitates etiā pectoris ꝛ pulmonis:ꝛ sedat apostemata calida:ꝛ pleuresiꝫ. Cuiꝰ ꝑmixtio. ℞. Succi rasure tenerrime cucurbite. Florū eius. aā. ʒ.iiij. Olei oliuaꝝ incōpletarū. lib.ij. Tria hec reponant̄ in vase vitreo:ꝛ facias prout ostendi tibi in oleo menthe absinthij taꝫ de decoctione ꝙ̄ expositiōe ad solē:ꝑmutatione succi:ꝛ rasure. ¶ Olea oīa frigida perfectiora fiunt cū oleo incompleto ꝙ̄ cū completo:ꝛ si piūr cū completo fiunt lauari dꝫ cū aqua fontis bis vel ter:calida v̓o olea fieri debent cum oleo completo absqꝫ lotione.
¶ Pōt etiā fieri oleū ex semine cucurbite per expressionem quemadmodū fiunt alia olea ex seminibus:ꝛ erit superiori temperantioꝛ:ꝛ nature magis conformis.

Oleum de floribus papaueris Mesue sedat dolores calidos:ꝛ facit somnū. Cuius ꝑmixtio. ℞. Flores folia ꝛ capita papaueris viridia contusa. ʒ.iiij. Oleū oliuarū incompletū. lib.i. ¶ Reponant̄ duo hec in vase vitreo:ꝛ obturet̄ os vasis:ꝛ soli exponatur ꝑ dies vij. deinde bulliant in duplici vase per horas tres: postea coletur manibus fortiter exprimendo:ꝛ hoc fiat bis semper noua folia capita ꝛ flores inouando stando qꝫ ad solē: ꝛ bulliendo ad igneꝫ vt supra. Tertie v̓o colature adde supascriptam quantitatem foliorum florum ꝛc. Contusis vt supra. Et his addas Aque infusionis papaueris. lib.i. Et stringe orificiuꝫ vasis:ꝛ expone soli per diēs.xl. deinde cola manibꝰ exprimēdo:ꝛ iterū in dcō vase reponant̄:ꝛ soli exponant̄:ꝛ ibi permittant̄ vsqꝫ ad ꝯsumptionē aque. ¶ Istud oleuꝫ fieri etiā pōt ex solo semine per expressionem vt fit oleū amigdalarū ꝛ seminum. ¶ Infusio papaueris fit vt infusio violaꝝ:excepto ꝙ in illo solum flores accipimus: in isto v̓o flores folia ꝛ capita:omnium. ʒ.iiij. ꝛ confrangant̄:in reliquis fit vt illa ꝛc.

Oleum de iunipero Mesue confert īfectionibus cutis:ꝛ malo mortuo tibiarū ꝛ serpigini:ꝛ cancro:ꝛ vulneribus malis. Et modus faciēdi talis est. ¶ ℞. Lignorum eius quantitatem sufficienteꝫ:ꝛ scinde in frusta ꝛ imple ex eis dolium magnum vitreatū interius: cuius orificiū sit arctum ꝛ fac foueā in terra ꝛ ꝑpara parietes eius cū terra figuli. Deinde pone ollam vitreatā ex directo in fundo fouee habentē orificiū amplū:ꝛ cooperiat̄ lamina ferrea subtili preforata foraminibus multis sicut cribratoriū triticii:ita ꝙ lamina vndiqꝫ olle orificiū cooperiat. Deinde sup lamina preparat̄ orificiū dolij ex inuerso:ꝛ ꝑparet̄ cū terra figuli vt nihil ex vtrisqꝫ orificijs respiret. Post illud accende ignē sup totū corpus dolij ꝛ dimitte ardere sic per horas.ij. manabit eni ex arte hac oleū quod reconde ꝛ administra vbi oportet.

Puluis cordialis dulcis Magistralis. Iuuamentū magnū ad egritudines cerebri cordis stōchi ꝛ epatis ꝛ letificat cor:ꝛ nos fuimus experti:ꝛ valet ad tremorem cordis:ꝛ syncopim:ꝛ qū qs tristat̄ ꝛ nescit radicē: ꝛ facit oris odorē bonum. Cuius ꝑmixtio. ℞.

Fragmentorū cordialiuꝫ cōmunium scilicet.	Granatarum.
	Hyacintorum. aā. ʒ.ij.
Zaphirorum.	Corallorum rubeoruꝫ.
Smeraldorum.	Corallorum alborum.
Rubinorum. aā. ʒ.ij.	Rasure eboris. aā. ʒ.iij.
Rasure cornu cer.	sunt aliqui qui ponunt.
Seminis acetose. aā. ʒ.ij.	Terre sigillate. ʒ.i.
Margaritarum. ʒ.i.	Zucchari albi ꝛ fini. ʒ.xxiij.
Conterātur oīa ꝑ se subtilissime ꝛ reseruentur. Et	Foliorum auri ꝛ argenti. aā. numero.xl.

¶ In hac compositione çucchaꝝ apponit̄ duplici causa. Primo vt sit magis gustui delectabilis. Scdō vt citius ꝯ nā attrahat̄. ¶ Prescripta aūt quō cor ꝯfortent vel rōne nutrimenti vel q̄litate vel occulte ꝓprietas in qōne mea de remouentibꝰ venenositatē ꝛ malitiā narcoticoꝝ a mēbris ꝑncipalibus subtiliter excussi:quantum v̓o ad locum istum pertineat dico quod agunt ꝛ ratione qualitatis ꝛ ratione proprietatis occulte:ꝛ hoc magis.

Puluis cōtra vermes magistralis amara est. ℞. Cornu cerui vsti.

Granelle preparate.i. herbe ianue.	Ossis de corde cer. ʒ.iiij.
	Zaphilorum.
Diptami.	Smeraldorum.
Myrre.	Rubinorum.
Tromentille.	Granatarum.
Seminis caulium.	Hyacintorum. aā. ʒ.i.
Seminis acetose.	Reubarbari electi. ʒ.i.ſ.
Seminis coriandrorum. preparatorum.	Seminis leuistici. ʒ.x.
	Folioꝝ auri numero. xl.
Seminis portulace. aā. ʒ.iiij.	

¶ Granella hoc modo preparatur: mundet̄ ab omni immunditia:ꝛ super eam proyciatur acetum quo cooperiatur:ꝛ omni die acetum permutet̄:ꝛ hoc fiat per dies nouē: deinde extrahatur ab aceto:ꝛ super assidē dilatetur ꝛ permittatur vmbra exsiccari.

Puluis pro botio montagnane exiccans multum. ℞.

Auellanarum	Nucis muscate.
Spongie combuste.	Gallarum.
Bale marine combuste.	Aristologie longe.
Charte combuste.	Cinnamomi.
Ossis sepie.	Ellebori albi.
Seis plātaginis. aā. ʒ.iiij.	Ellebori nigri. aā. ʒ.ij.
Trium piperum.	Limature acus ꝑparate.
Zinçiberis.	Cineris corticum ouorum.
Salis gemme.	aā. ʒ.ſ.
Lapidis pumicis. aā. ʒ.ij.	

Conterant̄ subtilissime ꝛ detur omni die. ʒ.i. cum aqua saluie per duas horas ante cibos optimū effectum.
¶ Spongia hoc modō comburit̄. ꝑmo bene lauetur ꝛ purgetur a lapidibus interioribus: deinde furno temperato exiccetur deinde cōburat̄. Et cognoscit̄ eius cōbustio qū omnis eius pars puluerīçari pōt:ꝛ hoc mō comburit̄ etiā charta. causa q̄re duo hec cōburūt̄ est vt sint magis corrosiua ꝛ penetratiua. ¶ Modus incinerandi cortices ouoꝝ positus est supra in electuario de cineribus. ¶ Limatura v̓o acus preparatur eo modō quo scoria ferri vt in electuario de scoria ferri ostenditur.

Puluis ducis: siue puluis pro stomacho magistralis valet ad confortandum stomachuꝫ ꝛ ad calefaciendum. ℞.

Cinamōi subtil̄ ꝛ electi. ʒ.ij	Cardamomi scilicet maioris ꝛ minoris.
Zinçiberis.	
Galange. aā. ℈.i.	Cubebe.
Gariofilorum.	Piperis longi. aā. ℈.i.
Nucis muscate. aā. ℈.i.	Zucchari albi. ʒ.vi.

¶ Misce ꝛ fiat puluis pistando prius species: deinde çuccharum. ¶ Ad faciendum compositionem hanc bonam pro omni. ʒ.i. specierum apponi debet. ʒ.i. çucchari sꝫ perfecta ꝛ bona esse debet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0248-5
DFG

Puluis sene Montagnane in suo antidotario: valet. ℞.

Folliculorum sene. ʒ.i.ß. Cinnamomi.
Zinziberis. Tartari. an̄.ʒ.i.ß.
Macis. an̄.ʒ.ij.
Terant̄ omnia satis grosso modo. ⁊ dosis eius est. ʒ.i.

¶ Folliculi ponēdi sunt in hac compositione: qꝛ sunt meliores totius plante magisqꝫ solutiui. in folijs v̄o virtus est debilis valde ꝛc̄.

Puluis sene magis solutiuus magistralis. ℞.
Folliculoꝝ sene. ʒ.ix.
Tartari. ʒ.iiij. Salis indi. ʒ.iiij.
Macis. ʒ.iij. Diagridij. ʒ.ß.
Cinnamomi. ʒ.i.ß.
Terant̄ oīa satis grosso mō ⁊ fiat puluis. ⁊ dosis est ʒ.ß.

¶ Tartaruꝫ quod apponi debet in hac compositione est tartarum vini albi: eo qꝛ magis solutiuum est ⁊ penetratiuum q̄ tartarum vini nigri.

Puluis pro epithimate cordiali magistralis: ⁊ ego eum fieri facio. ℞.

Florum buglosse. Seminis acetose.
Florum boraginis. Ligni aloes.
Floꝝ melisse. an̄.M.ß. Gariofiloꝝ. an̄.ʒ.i.ß.
Sandalorum omnium. Croci. ℈.ß.
Rosaꝝ rubeaꝝ. an̄.ʒ.ij. Margaritaꝝ. ʒ.ß.
Doronici. Musci. gra.iij.
Been albi ⁊ rubei. Cāphore. gra.vi.
Karabe. Fragmentoruꝫ preciosorum
Ossis de corde cerui. omnium. ʒ.i.
an̄. ℈. iiij. Coralli vtriusqꝫ.
Corticum citri. ʒ.i.ß. Spodij. an̄.ʒ.ß.
Conterant̄ omnia p se: deinde misceant̄ ⁊ vsui reseruet̄.

¶ Flores oēs in vmbra exiccari debēt. Nā si in sole exiccētur pars ipsoꝝ deperderet̄. sol eni resoluit ptes subtiles ⁊ vaporosas. ¶ Apparet quibusdā extraneū q̄ in hac cōpositione frigida: ⁊ que ad infrigidandū facta est crocus apponat̄: sed hoc factū est vt dirigat v̄tutē aliaꝝ medicinarum ad cor. ⁊ sic istruit Auic. fen 4ª primi. caplo 2°.

Puluis pro sacculo cordis magistralis sic fit. ℞.
Floꝝ boraginis. ʒ.ß.
Florum buglosse. Ossis de corde cerui. ʒ.i.
Floꝝ melisse. an̄.ʒ.ß. Coralloꝝ rubeoꝝ.
Rosaꝝ rubeaꝝ. ʒ.ij. Seminis acetose.
Floꝝ camomille. Corticū citri. an̄.ʒ.ß.
Floꝝ anthos. i. floruꝫ rosmarini. an̄.ʒ.i.ß. Ligni aloes.
Spodij. an̄.℈.ij.
Sandaloꝝ omnium. Croci.
Been albi ⁊ rubei. Sete crude. an̄.gra.x.
Boli armeni. an̄.ʒ.i. Camphore. ℈.ß.
Misce ⁊ oia grosso modo puluerizent̄ ⁊ vsui reseruetur.

¶ Due prescripte compositiones specierum sunt terende grosso modo: ⁊ per cribrum medicinaꝝ transeunde vt cōmodius possint in sacculis stare: ac vt virtus ipsarum longiori tempore duret. ⁊ sic finis imponitur. ¶ De pulueribus fuit opinio quorundam q̄ virtus earuꝫ duraret vsqꝫ ad sex menses. Sed huic opinioni ego non adhereo: eo qꝛ in spatio sex mensium virtutes puluerum resoluūtur ⁊ efficiuntur debiles. Igitur dicas q̄ per duos menses conseruātur in bonitate sua: ⁊ non plus.

Puluis pro sacculo capitis magistralis. ℞.
Floꝝ camomille. M.ß.
Sticados. Cubebaꝝ.
Maiorane. an̄.M.ß. Nucis muscate.
Macis. Corticum citri.
Masticis. an̄.ʒ.i. Rosarum. an̄.ʒ.i.
Coralloꝝ rubeoꝝ. ℈.ij. Salis vsti. ℈.iiij.
Conterant̄ hec ⁊ in pecia ponant̄: ⁊ capiti approximētur.

¶ Quantitas suprascriptaꝝ ⁊ infrascriptoꝝ specieruꝫ in sacculis apponenda est ʒ.i. pro singulo vel ʒ.i.ß. ad plus. Forma sacculi capitis debet esse quadrata ad latitudineꝫ palme manus. Sacculus v̄o pro corde debet habere formam cordis ꝛc̄.

Puluis restrictiuus magistralis. ℞.
Boli armeni. lib.i.
Myrtilloꝝ. ʒ.vi. Thuris. ʒ.i.
Sāguinis draconis. ʒ.iij. Rosaꝝ rubeaꝝ.
Masticis. ʒ.i. Balaustiaꝝ. an̄.ʒ.ij.
Conterant̄ subtiliter ⁊ vsui reseruentur. ¶ Omnes spēs pulueꝝ in hac summa supra descripta subtili sunt conterēde: ⁊ per spissum sedatium sunt transeunde ꝛc̄.

Puluis pro mingentibus in lecto montagnane efficax multum. ℞.
Stomachoꝝ gallinaꝝ p̄paratoꝝ. ʒ.iiij. Agrimonie. ʒ.i.
Cineris ericij cōbusti. ʒ.iij.
Cōterant̄ oia ⁊ detur patiēti ʒ.i. cū pauco vino vel brodij qn̄ vadit dormitū. ¶ Stomachi gallinaꝝ h̄ mō p̄parāt̄. Accipe aquā capitelli calidā in lisciuij quātitatē ꝯueniētē ⁊ īfundas stomachos gallinaꝝ vel caponoꝝ p horam: postea ablue duabus vel tribus vicibus: deinde abiecto lisciuio infunde in vinō vermiglio: ⁊ sicut fecisti de lisciuio similiter fac ablutionē in vino. Et etiaꝫ in aqua de nouo infunde aquā vt supra. Et postea in vino mutādo vt dealbētur: portent̄ in furno a quo nouiter panis fuerit extractus ⁊ p̄mittant̄ exiccari ⁊ reseruent̄ vsui ꝛc̄. ¶ Ericius comburitur eo modo quo lepus combarit̄: ⁊ modus combustionis positus est in electuario de cineribus.

Puluis pro bombardis ⁊ schiopettis. ℞.
Salis nitri. ʒ.iiij.
Sulphuris. ʒ.ij. Carbones salicis. ʒ.i.
Pistentur omnia subtiliter: ⁊ fiat puluis.

Puluis pro implēdo dactylos pro mulieribus grauidis pro comedendo. ℞.
Masticis electi. Myrtillorum.
Thuris albi. an̄.℈.i.ß. Boli armeni.
Sāguis dracōis fini. ℈.ß. Grane electe. an̄.℈.ß.
Pistent̄ omnia ⁊ ponantur ʒ.i. suprascriptaꝝ specierum pro singulo dactylo abiecto osside interiori: ⁊ inuoluatur in papyro ⁊ linphetur cū vino vermiglio: ⁊ ponatur ad calefaciendū subtus hernices calidas: ⁊ detur mulieribus dubitantibus disperdere ⁊ bonum est.

Pastonū p philomenis sic fit. ℞. Farine ciceꝝ fractoꝝ grosso modo lib.i. Amigdalaꝝ mūdataꝝ ʒ.vi. ⁊ simul bene icorporent̄ ⁊ pistent̄: deinde accipe butyri recētis ʒ.iij. ⁊ pone in captia ⁊ liquefac: ⁊ postea adde croci ℈.iij. ⁊ misce oia simul in captia ⁊ pone sup ignē semp agitādo cū spatula ⁊ nō detrahe ab igne donec erit siccū paꝝ: ⁊ postea pone ad cribellū vt totū transeat: ⁊ si nō vult trāsire iteꝝ residuū pone ad ignē ad exiccandum donec exeat totum de cribro ⁊ serua.

Pillule elefangine Mesue: ⁊ interpretantur pillule de aromatibus ex inuentione nostra: valent ad dolorem stomachi p̄pter flegma ipsum: ⁊ sunt vehementis iuuamenti in mundificando stomachum ⁊ cerebrum ⁊ humores grossos ⁊ istrumēta sensuum: stomachū v̄o confortant ⁊ digestionem procurant. ℞.
Cinnamomi electi. Nucis muscate.
Cubebe. Cardamomi maioris ⁊ minoris.
Ligni aloes.
Calami aromatici. Gariofilorum.
Macis. an̄.ʒ.viij. Asari. an̄.ʒ.viij.

Masticis.	Carpobalsami. ʒ.viij.
Squinanti.	Absinthij sicci.
Spice. an̄.ʒ.viij.	Rosaꝝ rubeaꝝ. an̄.ʒ.v.

¶ Teranẗ hec oīa ꝯtritione grossa ⁊ ïfūdanẗ sup̄ ea aque lib.xij.⁊ coquanẗ vsq̄ʒ ad ꝯsumptionē duaꝝ ptiū: deinde fricenẗ manib⁹ ⁊ colenẗ exp̄mēdo aquositatē eius: postea accipe aloes sucotrini lib.i.⁊ laueẗ in scutella lapidea vitreata lauationib⁹ plurib⁹ cū aqua pluuiali: postea remota aqua ꝓijciaẗ sup̄ eū de p̄dicta decoctiōe lib.ij.⁊ ponaẗ in sole ⁊ ꝑmittaẗ desiccari oī die cū spatula agitādo: deide post ipsius exiccationē ꝯteranẗ subtilr̄ ⁊ puluerizenẗ ⁊ superponaẗ. ℞. Myrre. Masticis. an̄.ʒ.v. Croci.ʒ.iij. Et ea ꝑmisce cū aloe loto: ⁊ post residuū decoctionis adde ⁊ soli expone oī die cōmiscēdo cū spatula: ⁊ tātū ꝑmittaẗ stare ꝙ exiccenẗ ⁊ serua. dosis est ʒ.i. vsq̄ʒ ad aur. i.

¶ Iste pillule nō possunt ꝯfici nisi semel in anno. s. pillule elefangine. in estate. s. in mēse Junij vl̄ mēse Julij. ⁊ sic tm̄ ista spēs pillulaꝝ ꝑ annū ꝯseruaẗ in sua v̄tute ⁊ nō plus.

¶ Magna diuersitas reperiẗ in Mesue de dosi rosaꝝ ⁊ absinthij. q̄dā ponūt an̄.ʒ.v. q̄dā v̄o ʒ.v. ⁊ ista lr̄a verior ⁊ melior est. nā rose ponūẗ vt expellāt maliciaʒ caliditatis aloes a stomacho ⁊ capite. absinthium v̄o vt aggreget sua stipticitate ptes laxatas ab aloe. q̄re ʒ.v. est dosis que in dicta recepta apponi dʒ. ¶ Aloes lauaẗ cuʒ aqua pluuiali ꝓpter hāc causam: q̄ꝛ illa subtilior est q̄̄ꝫ cōmunis: ideoq̄ʒ magis penetrat ꝑ oēs ptes aloes q̄̄ꝫ posset cōmunis facere ꝓpter grossitiē sue sub̄e. q̄re cū illa laueẗ. ¶ Aloes lauaẗ hoc modo. Accipe de aloe sucotrino mūdo ꝙ cito frangatur ⁊ boni sit odoris quātitatē quā volueris bn̄ teraẗ ⁊ cribelleẗ: deinde ꝓijciaẗ in scutella lapidea vitreata ⁊ roreẗ aloes ex aqua pluuiali donec ibibaẗ ab ea ꝑ totū: deide soli exponaẗ ⁊ exiccari ꝑmittaẗ ab illa aqua. Et cū desiccatū fuerit iteꝝ teraẗ: ⁊ 2° iteꝝ ibibatur ex aqua pluuiali ⁊ dimitte siccari sicut prius: ⁊ iterato hoc facias ⁊ 3° vsquequo aqua oēs partes eius penetrauerit. ⁊ hoc modo aloes erit lotum: nec alio modo lauari debet.

Pillule masticine Petri de ebano sup̄ additionib⁹ factis Mesue. cap̄. de medicinis appetitus corrupti. in fine capl̄i. preseruātes stomachū ab oī lesione itrinseca: nec ꝑmittūt humores putrefieri in eo: imo abstergūt ⁊ mūdificāt rugas ⁊ parietes: ⁊ q̄ assiduat vsuʒ earum diebus singulis permanebit illesus a doloribus stomachi: nec a dolorib⁹ capitis vexabiẗ vnq̄̄: ⁊ nihil est oculis mihi crede salubrius istis: ⁊ q̄ tristanẗ subueniūt: ⁊ est medicina matricis viscose ⁊ viscerum interioꝝ. ℞.

Masticis. ʒ.iiij.	Agarici albi. ʒ.iij.
Aloes electi. ʒ.x.	Misce ⁊ fiāt pillule cū succo

altilie. i. succo arthemisie: ⁊ pōt etiā reformare cū syrupo de sticados. dosis est pill̄e ij. vel iij. qn̄ vadit dormitū: ⁊ pōt recipi sm̄ mētē volūtatū vsq̄ʒ ad xxi. aut ʒ.i. vel. ij.

¶ De altilia aut altimilia ꝙ idem est. o quanta differētia reperitur in hac maxime ab ignorantibus aromatarijs. Quidam dicunt ꝙ altilie est vinum vel sapa vel rob. falsum est. si Conciliator diceret conficiantur cum tile esset vinum coctum: sed ait cum succo altilie. i. arthemisie. naʒ istud vocabulum ego met audiui in Hispania: ⁊ dicunt altimilia. i. arthemisia. Auic. in 5° canonis in tyriaca Esdre inquit. succi altilie ⁊ est albelengesiẗ. ⁊ dicitur abrotanum syluestre. ergo est arthemisia. nam albelengesiẗ apud Galenum in 6° simplicium est arthemisia. Preterea Cōciliator seu Petrus de Ebano dicit. ꝙ cōpositio harum pillulaꝝ est medicina matricis. vitiose ⁊ visceꝝ iterioꝝ. put supra scripsi. ergo arthemisia ad idē mirabilr̄ valet: ⁊ sic est ꝙ altilia est mater herbaruʒ siue arthemisia. Et loco eius pōt poni syrupus de sticados vt supra dictum est.

Pillule auree Nicolai ab excellentia auri: sicut eniʒ auꝝ iter alia metalla preciosissimuʒ habeẗ: sic pillule iste inter alias meliores approbantur: purgant caput: acuunt visum: ⁊ aurium auditum: ⁊ ꝯferunt ventositati stomachi ⁊ intestinoꝝ: ⁊ conferunt colice: ⁊ purgant sine molestia ⁊ sunt in vsu. ℞.

Aloes electi.	Seminis feniculi. ʒ.i.ʃ.
Diagridij. an̄.ʒ.v.	Croci.
Rosaꝝ rubeaꝝ.	Colloquintide interioris.
Seminis apij. an̄.ʒ.ij.ʃ.	Masticis. an̄.ʒ.i.
Seminis anisi. ʒ.i.ʃ.	

¶ Puluerizenẗ nō multū subtilr̄ ⁊ formenẗ pillule cum aqua ifusionis dragagāti. ¶ De colloquintida iter doctores est discordia. multi ponūt qn̄ reperiūt interioris colloqntide ⁊ semina ⁊ pulpā vt vult circa istās: ⁊ male faciūt. alij v̄o ponunt pulpā sine semine: vt alij oēs scribunt doctores ⁊ isti melius faciunt: ⁊ sic cōiter ab oibus poniẗ vt Seruitor de mō p̄parādi ponit: ⁊ sic Mesue in descriptione trociscoꝝ alandal iubet illam a granis mundari.

Pillule de quatuor rebus sm̄ Franciscum de pedemontium in capitulo de dolore intestinorū ⁊ medicinis eius ⁊ sunt expertissime. ℞.

Colloquītide. loco ei⁹ trociscoꝝ alandal.	Salis gemme.
	Diagridij. an̄.ʒ.ij.
Serapini. an̄.ʒ.ij.	

¶ Teranẗ ⁊ ꝯficianẗ cū succo porri: iste pillule nō sūt in vsu apud nos: dicunẗ aūt de quatuor rebus a quatuor simplicibus que in ipsis ingrediunẗ sine liquore.

Pillule turbithate ⁊ dicūẗ auree Meś ⁊ sūt p̄me: cholerā ⁊ flegma sine molestia purgāt: stomachū ⁊ epar ꝯfortāt: ⁊ digestionē ꝓcurāt. ℞.

Turbith albi ⁊ boni. ʒ.xvi.	Rosarum. ʒ.vij.
Aloes. ʒ.xij.	Croci. ʒ.iij.
Masticis. ʒ.vij.	

Puluerizentur ⁊ conficiantur cum succo absinthij.

¶ In istis pillulis non ponitur zinziber: ⁊ hoc est vt debiliores sint: ⁊ a longe nō trahant qḋ secus facerent si in eis poneret: zinziber eni ꝑmixtū cuʒ turbith fortificat ipsius solutionē: ⁊ facit ꝙ a longinquo attrahat.

Pillule aggregatiue ex iuētione nr̄a Mesue: q̄ sūt in vsu ꝯiungētes aggregationē exptoꝝ iuuamētoꝝ ad febres antiquas ⁊ ad febres diuersitatis ⁊ ad egritudines capitis stomachi ⁊ epatis: ⁊ educunt putrefactiones vtriusq̄ʒ cholere ⁊ flegma: ⁊ mūdificāt istrumēta sensuū: ⁊ sunt mundificatiuum bonum. ℞.

Mirabolanoꝝ citrinoꝝ.	Polypodij. ʒ.ij.
Rauedseni. an̄.ʒ.iiij.	Turbith.
Succi eupatorij.	Aloes. an̄.ʒ.vi.
Succi absinthij. an̄.ʒ.ij.	Masticis.
Diagridij. ʒ.vi.	Rosaꝝ rubeaꝝ.
Mirabolanoꝝ kebuloꝝ.	Salis gemme.
Mirabolanoꝝ indoꝝ.	Epithimi.
Agarici albi.	Anisi.
Collogntī. iterioris. an̄.ʒ.ij.	Zinziberis. an̄.ʒ.i.

Misce ⁊ reformentur cum electuario rosato Mesue: oibus prius puluerizatis. dosis est ʒ. i. vsq̄ʒ ad i. ʃ.

¶ Nota ꝙ succi itrātes in istis ⁊ alijs pillulis seu ꝯfectionibus h̄ mō fiūt. Accipiaẗ absinthiū ⁊ bene ꝯteraẗ: deinde in pecia rara iuoluaẗ: postea cū torculari exprimatur ⁊ absq̄ʒ alia colatura in vesica ponaẗ ⁊ soli ad exiccandū ꝑmittaẗ. si eni a pte grossa colareẗ i vesica nihil remaneret: eo q̄ꝛ pars aque a sole ꝯsumereẗ: ⁊ vt de absinthio dico: ita ⁊ de alijs oibus herbis intelligatur: ⁊ ꝑ annum ꝯseruatur.

¶ Nota ꝙ iste pillule ⁊ pillule de hermodactylis minores ⁊ de hermodactylis ex iuētione nr̄a Meś reformenẗ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0250-4

cũ electuario rosato Mesue:⁊ non cũ electuario de succo rosaꝝ sicut faciũt gdã ignari ⁊ aromatarij q reformãt cũ supraſcripto electuario de succo rosaꝝ:⁊ h̄ pp auaritiam.

¶ Nota ⁊ isup ꝙ si simplr̄ scriptũ repies pillulaꝝ aggregatiuaꝝ de istis supraſcriptis est itelligẽdũ ⁊ nõ de alijs.

Pillule de fumoterre Auic.libro 4°. Fen 7ª.caplo de scabiei cura.purgant materias adustas: ⁊ conferunt scabiei.Cuius permixtio. ℞.

Mirabolanoꝝ citrinoꝝ.	Scamonee. ʒ.v.
Mirabolãoꝝ idoꝝ. añ.ʒ.v.	Aloes sucotrini. ʒ.vij.

¶ Pulueriçent oia nõ multũ subtilr̄.Et ꝯfice cũ succo fumiterre depurato aut cũ aqua fumiterre irrorãdo ea:⁊ dimittat̃ ad solẽ donec exiccet̃:⁊ ibibat̃ vice altera:⁊ dimittat̃ donec exiccet̃:⁊ fiat illud tribꝰ vicibꝰ: ⁊ in oi vice fiat sicut sorbitio:deide dimittat̃ donec ispisset̃:⁊ cũ factũ fuerit fiãt ide pill'e.¶ Hic itelligẽdũ est ⁊ in oibus alijs locis in qbus scribunt̃ mirabolani ꝙ solũ cortices amotis ossibus accipi debẽt mirabolani. ¶ Modus faciendi supraſcriptas pill'as videt̃ obscurꝰ:sꝫ h̄ mõ fieri debẽt.Terant̃ ꝑscripta in eis:deide irrorent̃ succo fumiterre cocto ⁊ depurato:aut aqua fumiterre intãtũ ꝙ oẽs partes ipsaꝝ penetrẽt:deinde in sole ad exiccãdũ ponant̃ ⁊ ante ꝑfectam exiccationẽ:sed post aliq̃lẽ suctionẽ iteꝝ aque fumiterre irrorent̃ ⁊ soli exponant̃:⁊ hoc ter fiat.vltimo in sole exponant̃ ⁊ tantũ ꝑmittant̃ donec pillulaꝝ formam accipere possint:deinde remoueant̃ ⁊ conseruentur.

Pillule de meçereon Mesue:⁊ sunt medicina mirabilis ad hydropisim ⁊ educunt aquaꝫ citrinam ⁊ sunt experte.Cuius permixtio. ℞.

Foliorum meçereon preparatorum. ʒ. v.
Mirabolanorum citrinorum. ʒ. iij.
Mirabolanorum kebulorum. ʒ. ij.

¶ Misce ⁊ pulueriçentur omnia non multum subtiliter ⁊ confice cum aqua endiuie in qua dissoluti sint tamarindi ⁊ tereniabin. añ. ʒ. i. ⁊ fiant.dosis est ʒ. i. ſ.

¶ Meçereon preparatur hoc modo.Infundat̃ in fortissimo aceto ⁊ per diem dimittatur ⁊ exiccari permittatur: deinde conteratur ⁊ administretur : hoc enim modo preparat̃ vt serositas ⁊ inflammatio que in eo est amoueat̃: parum enim sustinent de decoctione:⁊ laboriosa cõtritio virtutem eius destruunt ⁊ resoluunt.

Pillule de hiera simplici Hal.7° terapẽtice.ca° 12°. valet ad vniuersas passiones capitis: aurũ ⁊ oculoꝝ:stomachum ⁊ splen purgant. ℞.

Specieꝝ hiere simplicis Haleni. ʒ iiij. Et conficiant̃ cuꝫ melle rosato ⁊ fiant.Nec aliud est addendũ nec diminuendum:⁊ hoc modo Halenus describit loco allegato.

¶ Necessitas cõpositionis pillulaꝝ fuit:q̃ medici volentes dare substãtiã medicine in forma in qua diu moretur in stomacho oportuit eas aptare in forma pillulaꝝ:cuꝫ solidum magis in stomacho stet q̃ꝫ queqꝫ alia forma.

Pillule de hiera cõposita siue de hiera cuꝫ agarico magistrales:valẽt ad dolorẽ capitis:pectus mundificant : ⁊ humores grossos ⁊ putridos:⁊ conferunt asmati ⁊ tussi antique. ℞.

Spẽꝝ hiere simplicis Haleni.	Aloes boni pulueriçati. ʒ. viij.
Agarici trociscati. añ.ʒ.iiij.	

¶ Misce ⁊ cũ melle rosato fiãt pillule. ¶ In hoc libello notandũ est ꝙ aliquibus in descriptionibus ⁊ compositionibus reperit̃ terant̃.⁊ in aliquibus conterant̃:ideo differentia est inter tero ⁊ ꝯtero.Terere enim idem est qđ reꝫ aliquam diuidere per partes grossas.ꝯterere v° idem: est qđ rem diuidere per partes subtilissimas:imo quando intendo species subtilissime teri debere scribo ⁊ dico ꝯterãtur.Quando v° volo ꝙ grosso modo pulueriçent̃ dico ⁊ scribo terantur.quare ⁊ in supraſcriptis ⁊ infraſcriptis cõpositionibus ad hoc aduertatur.

Pillule de hiera magna Haleni:valent ad diuersas capitis passiones:auriuꝫ ⁊ oculoꝝ ⁊ stomachum:⁊ optime purgat:⁊ causas epatis:⁊ splenis duritiem mollit ⁊ extenuat:vesiceqꝫ proficit. ℞.

Cinnamomi fini.	Squinanti.
Rosaꝝ rubeaꝝ.	Radicum assari.
Spice.	Uiolarum.
Masticis.	Epithimi.
Xylobalsami.	Agarici albi.
Carpobalsami.	Turbith albi.
Cassie lignee.	Colloquintide. añ.ʒ.i.
Absinthij.	Aloes boni. ℥.ij.
Croci. añ.ʒ.i.	

¶ Pulueriçentur omnia non multum subtiliter : ⁊ fiant pillule cum vino aut cum melle rosato.

Pillule fetide maiores Mesue de mẽte Hal.expertoꝝ iuuamẽtoꝝ ad egritudinẽs oẽs neruorũ que sunt a materia grossa viscosa difficilis eradicationis ⁊ ad dolores iuncturaꝝ qui sunt ab eadem causa ⁊ ad oẽs dolores totius corporis qui eandẽ habẽt naturam:similr̄ ⁊ ad vertiginem:⁊ ad epilepsiam:⁊ emigraneã difficilem:⁊ sodam ⁊ morpheam ⁊ albaras ⁊ lepram. ℞.

Serapini.	Hermodactyloꝝ. ʒ.ij.
Armoniaci.	Diagridij. ʒ.iij.
Oppoponaci.	Cinnamomi.
Bdellij.	Spice inde.
Colloquintide.	Croci.
Harmel.i.semen cicute.	Castorei. añ.ʒ.i.
Aloes.	Turbith albi. ʒ.iiij.
Epithimi. añ.ʒ.v.	Zinçiberis. ʒ.i.ſ.
Alsebrã.i.exula:⁊ colligit̃ in mẽse octobris. ʒ.ij.	Euforbij. ℈.ij.

Terant̃ oia ⁊ gũme dissoluant̃ in aqua porri ⁊ fiãt pill'e.

¶ Nota de mẽte auctoris pandetaꝝ : ꝙ harmel scriptuꝫ per h idem significat qđ semẽ cicute.qñ v° scriptum ꝑ a ideꝫ est qđ semen ruthe.Ex hoc igit̃ itelligas ꝙ diuersus modus scribendi diuersificat nomen vocabuli.q̃re semꝑ respiciende sunt littere ⁊ syllabe vocabulum componentes in medicina scriptum : eo ꝙ variatur ſm varietatem compositionis literarum.quare bene nota.

Pillule fetide minores Mesue:que sunt in potestate maiorum. ℞.

Serapini.	Myrre. ʒ.v.
Armoniaci.	Turbith albi. ʒ.x.
Oppoponaci.	Colloquintide. ʒ.vi.
Bdellij. añ.ʒ.v.	

Dissoluant̃ gumme in aqua porri ⁊ cetera terantur ⁊ cum ea conficiantur.

¶ Unũ gñale hic nota ⁊ icidenter.Et illud qđ de nã sua ẽ aromaticũ:quãto est aromaticius tãto meliꝰ:⁊ qđ est fetidũ quãto fetidius tanto meliꝰ:excepto aloe. Silr̄ oẽ qđ dꝫ hr̄e aliquẽ saporẽ:quãto in suo sapore est itẽsiꝰ tãto melius:excepto aloe. Nã cũ sit de nã reꝝ amaritudinẽ habẽtium:quãto minus amaꝝ tanto laudabilius. ¶ Gumme dissoluant̃ in aqua porri vel in aceto vel in aliquo alio liquore hoc modo. Infundant̃ in aqua vel aceto ꝑ noctẽ:⁊ dꝫ acetũ vel aqua esse in tanta copia ꝙ eas tegat.in mane si gũme totã biberunt aquam vel acetũ ⁊ dure sint adiungat̃ ipsoꝝ alteruꝫ:postea accipias eas ⁊ fricabis manibus suꝑ sedatium:qua fricatione bona transibit substãtia.palee v° ⁊ imunditie remanebunt.⁊ tunc vtere.

Pillule de sarcocolla Mesue in capitulo de sarcocolla:⁊ in antidotario:⁊ sũt pillule alie educentes flegma : ⁊ conferunt ad egritudines flegmaticas.

Cuius permixtio hec est. ℞.

Sarcocolle ꝑparate. ʒ.iij.	Zinçiberis. ʒ.i.s.
Turbith albi. ʒ.iiij.	Salis gemme. ʒ.i.
Collogntide iterioris.ʒ.i.s.	Dissolue sarcocollā in aqua

rosata:cetera terantur ⁊ cum ea fiat massa.

¶ Sarcocolla hoc modo preparaꝫ. Infundatur in lacte asine per dies quinqꝫ semper:⁊ oī die lac innouando:⁊ primum abyciendo:demum dissoluatur in aqua rosata vt in superioribus pillulis tibi monstraui.

Pillule de bdellio maiores Mesue:experte ad fluxum hemorroidaꝝ ⁊ vlceruꝫ in eis:⁊ ad fluxum menstruoꝝ.Cuius permixtio. ℞.

Bdelly. ℥.i.s.	Mirabolanorum emblicorum.
Seminis ameos. ʒ.iij.	
Mirabolanoꝝ kebuloꝝ.	Uenaꝝ adustaꝝ:idest radix acori adusti.
Mirabolanoꝝ indoꝝ.	
Mirabolanorum belliricorum. aā.ʒ.ij.s.	Karabe. aā.ʒ.ij.s.

¶ Infundatur bdellium in succo porri:cetera terantur ⁊ cum eo fiat massa:⁊ dentur pillule in modum ciceris.

¶ De porro nota ꝙ qđdā ē porrū capitatū.i.trāsplātatū:⁊ esui illud competit.Aliud est sectile.i.nō transplantatuꝫ ⁊ istud vsui medicine cōpetit.Igiꝫ de isto fit succus ď quo iste pille reformanꝫ:⁊ ex his ēt fiat aq̄ vł ꝑ subliniationē vel ꝑ decoctionē:⁊ iste vltimꝰ modus magis mihi placet de qua reformēꝫ ⁊ dissoluunꝫ gūme itrātes in pillis fetidis.q̄re nota. ¶ Diuersitas magna repiꝫ in receptis haꝝ pillaꝝ fere oēs Mesue dicūt venaꝝ adustaꝝ.Et hāc lrāꝫ reprobat Matheꝰ syl.in synonymis poniꝫ sub cap.690. dicēs:ꝙ est error scriptoris:⁊ ꝙ oꝫ dicere auellanaꝝ adustaꝝ.Sꝫ salua semꝑ eius pace in errore est. sed oꝫ dicē veneriaꝝ adustaꝝ:vt a quodā antiq̄ssimo Mesue scriptum reperi.Et ꝙ sic dicē debeat ꝓꝫ:eo q2 venerie.i.acorus.s.radix:q̄ radix supra aliquē etiā portata illuꝫ ꝯseruat a fluxu sanguis:vt ipse ponit cap.18.q̄re seipsuꝫ corrigat. ¶ Radix acori h mō aduriꝫ:post ipsam exiccationē ꝑ grossa satis frusta īcidatur:deinde super laminā ferreā ignitā icessanter agiteꝫ ⁊ reuoluaꝫ:donec ⁊ quousqꝫ color eius de toto mutetur:⁊ tunc remoueaꝫ:quia adusta est.

Pillule lucis maiores Mesue: addūt in vsu ⁊ corroborant eum ⁊ udituꝫ:⁊ abstergūt instrumenta sensuum:⁊ expellunt superfluitates:⁊ custodiūt sanitatem totius corporis:⁊ presumiꝫ super eis absqꝫ necessitate abstinēdi.Cuius permixtio hec est. ℞.

Rosaꝝ rubeaꝝ.	Cinnamomi.
Uiolarum.	Anisi.
Absinthy.	Seis feniculi.
Colloquintide.	Seminis apy.
Turbith.	Cassie lignee.
Cubebe.	Croci.
Calami aromatici.	Macis. aā.ʒ.ij.
Nucis muscate.	Mirabolanoꝝ citrinoꝝ.
Spice.	Mirabolanoꝝ kebuloꝝ.
Epithimi.	Mirabolanoꝝ indoꝝ.
Carpobalsami.idest lignū balsami. *lignum*.	Mirabolanorum belliricorum.
Sileris montani.	Mirabolanoꝝ emblicoꝝ.
Seminis rutbe.	Rauedseni : idest reubarbari. aā.ʒ.iij.
Squinanti.	Agarici.
Assari.	Sene. aā.ʒ.v.
Masticis.	Eufragie. ʒ.vi.
Gariofilorum. aā.ʒ.ij.	

Aloes sucotrini ad pōdus oīum:teranꝫ oīa ⁊ ꝯficianꝫ cuꝫ succo feniculi ⁊ fiat massa.dosis est a ʒ.ij. vsqꝫ ad ʒ.iij.

¶ De collogntida pauci sūt qui in receptis ponāt collogntidā:fundāt se sup dcm̄ Mesue in descriptione trociscoꝝ alandal:qui dicit.Trocisci alandal qui ponuntur in hiera Hermetis ⁊ in alys ꝯfectionibus loco collogntide:ac etiā ꝓpter suā venenositatē dicūt nō esse ausi in receptis ponere. Aly vō ponūt collogntidā ⁊ nō trociscos alandal dicētes ꝙ magis solutiua est:⁊ ꝙ a doctoribus poniꝫ in cōpositionibus tāq̄ꝫ calcar:vt etiā faciūt diagridiū.⁊ sic his rōnibꝰ vary varias cōpositiones faciūt. Ego vō soleo h fieri facere:si in receptis auctorem reperio:cōsidero si in eis ipsius malitiam frangentes sunt posita vel non:si sic audacter illā apponi facio vt in ista recepta.Si non:loco ipsius pono trociscos alandal:⁊ hoc est qđ dicit bonus Mesue:⁊ propter hoc in hiera Hermetis posuit in qua multe ⁊ multe sunt medicine venenose:⁊ pauce earum venenositatem corrigentes:⁊ tu hoc considerā bene.

Pillule de hermodactylis maiores Mesue: exꝑte ad dolorē iūcturaꝝ ⁊ podagre frigide. ℞.

Hermodactyloꝝ.	Castorei.
Aloes.	Sarcocolle.
Mirabolanoꝝ citrinoꝝ.	Euforby.
Turbith.	Oppoponaci.
Colloquintide.	Harmel.i.semen cicute.
Bdelly.	Seminis apy. aā.ʒ.iij.
Serapini. aā.ʒ.vi.	Croci. ʒ.i.s.

Cōteranꝫ oīa ⁊ cū succo cauliū fiat massa.⁊ doꝫ. ʒ.i.in ʒ.ij.

¶ Colloquintida anteq̄ꝫ in cōpositione ponaꝫ oꝫ vltimate ꝯteri:vt iubet Mesue in caplo de rectificatione medicinaꝝ pro trituratiōe:cū dicit.Opꝫ ꝙ collogntida vltime pulueriçenꝫ:nec sit contentus aliquis in trituratione eius.

¶ De ꝯtritione iteꝝ nota ꝙ duplex est.q̄dā eniꝫ est multa:q̄daꝫ pauca.multa ꝯtritio fit duabus de causis.Prima vt per illā ꝯtritionē remoueaꝫ malitia medicine quantuꝫ faceret si grossa esset : ⁊ ob hoc bn̄ ꝯteriꝫ pulpa collogntide. Scđa est:q2 mēbruꝫ qđ curare volumus est situatum in remotis partibus:⁊ imo bene ꝯterende sunt vt medicine reꝝ epatis. Grossa vō ꝯtritio fit duabꝰ de causis. Una est ne vltimata ꝯtritione v̄tus medicine ⁊ oꝑatio eius ꝓpria corrūpaꝫ vt scamonea.si in vltimo cōteraꝫ deperdit virtutē solutiuā.Scđa est vt multo tempore remaneat in stomacho ⁊ iuuet digestionē vel magis attrahat:⁊ sic medicine stomatiche ⁊ solutiue grosso modo ꝯteruntur.

Pillule de hermodactylis minores Mesue:valent ad podagrā calidā.Cuius permixtio. ℞.

Hermodactyloꝝ. ʒ.v.	Rosaꝝ rubeaꝝ. ʒ.ij.
Scamōee ꝑparate. ʒ.ij.s.	Aloes. ʒ.x.
Mirabolanorum citrinorum. ʒ.iij.	Confice cum catartico rosato: idest cum electuario rosato terendo prius terenda:⁊ da ʒ.ij.

¶ Catarticū.i.purgatiuū vt doctores exponūt.igiꝫ catarticum rosatū idē est qđ purgatiuū factū cum succo rosaꝝ. Et sic electuariuꝫ de succo rosaꝝ ⁊ electuariuꝫ rosatuꝫ dici pōt catarticum rosatū.veꝝ ego magis laudo reformari debere cū electuario rosato:q2 illud magis benignum est ⁊ minori venenositate participat.

Pillule de hermodactylis ex inētiōe nr̄a Meꝫ. ℞. Hermodactyloꝝ. ʒ.v.

Aloes. ʒ.v.	Mirabolanoꝝ citrinoꝝ.
Zinçiberis. ʒ.ij.	Turbith. aā.ʒ.iij.

Et fac pillulas cum electuario rosato:⁊ da ʒ. ij.

Pillule de reubarbaro Mesue:cōferunt ad febres antiquas generatas ex diuersis humoribus viscosis ⁊ putridis multaꝝ putredinuꝫ ⁊ dolorem epatis ⁊ principium hydropisis. ℞.

Rauedseni:idest reubarbari. ʒ.iij.	Succi liquiritie.
	Succi absinthy. aā.ʒ.i.

Masticis. ʒ.i. Seminis apy.
Mirabolanoꝝ citrino- Seminis feniculi. añ.ʒ.i.ſ.
rum. ʒ.iij.ſ. Trociscoꝝ diarodõ. ʒ.iij.ſ.
Specierum biere pigre: idest biere simplicis. ʒ. x.
Terantur terenda: ⁊ conficiantur in magdaleone cũ aqua feniculi: ⁊ da cum aqua casei ʒ. ij. in sero.

¶ Pro reformatione pillularuꝫ nota ꝙ nisi pillule reformenꝶ cum aliqua re viscosa nõ possunt simul teneri vt faciunt iste pillule: ⁊ pillule cochie que reformanꝶ cuꝫ vino albo. Ideo si iste reformarenꝶ cũ syrupo acetoso vel cum oxymelle simplici non esset inconueniens: ⁊ pillule cocie cum melle rosato. Igitur vt dico de istis: ⁊ de alijs etiaꝫ itelligas que cũ aqua vel vino reformantur ⁊c̃.

Pillule inde Mesue: quas scripsit Haly: quaruꝫ iuuamentum est multum ad egritudines melancholicas: ⁊ cancruꝫ ⁊ leprã ⁊ morpheã nigrã difficilẽ: ⁊ sunt bone melãcholie ⁊ timori ⁊ quãrtane: ⁊ ad doloreꝫ splenis ⁊ ictericiã splenalẽ. Cuius permixtio. ℞.
Mirabolanoꝝ nigroruꝫ dus lauãdi supra onsus est,
indorum. Colloquintide.
Ellebori nigri. Salis indi. añ.ʒ.iiij.
Polypody. añ.ʒ.v. Succi eupatory.
Epithimi. Spice. añ.ʒ.ij.
Sticados. añ.ʒ.vi. Gariofilorum. ʒ.i.
Agarici. Specierum biere pigre: idest
Lapis laçuli loti. Mo- simplicis. ʒ.xij.
Teranꝶ ⁊ fiat massa cuꝫ succo apy. dosis eius est a ʒ. ij. vsqꝫ ad auꝶ. ij. ⁊ sunt sane ⁊ experte: ⁊ da cũ aqua casei.

¶ Nota ꝙ pillule oẽs ꝯseruanꝶ cũ bona eaꝝ vtute ⁊ operatiõe vsqꝫ ad mẽses sex. Et debẽt teneri in magdaleonibus ⁊ nõ in puluere: qꝛ nõ ꝯseruanꝶ: imo nullã vel remissam faciũt opatiõnẽ. Et nõ debẽt ꝯseruari in loco excessiue calido nec ꝓpe ignẽ nec ad solẽ: qꝛ in excessiuã duritieꝫ ⁊ lapideitatẽ ꝯuerterenꝶ: ⁊ tũc nullo mõ debẽt aromatarij eas exhibere: eo qꝛ si darenꝶ torquerent corpus: ⁊ nullam penitus operationem facerent.

Pillule sine qbus esse nolo Nicolai: pillule a rutunditate dicunꝶ: sine qbus eẽ nolo ꝓpter magnã efficaciam quã habere dicunꝶ: superiores purgãt humores: precipue valent ad cataractas oculoꝝ ⁊ obscuritates eoꝝ: caput purgãt a cholera ⁊ flegmate ⁊ melãcholia: visum confortant ⁊ iliosis conferunt: aurium dolorem sanant. Cuius permixtio hec est. ℞.
Aloes optimi ablu.ʒ.xiiij. Rosarum.
Mirabolanoꝝ citrinoꝝ. Masticis. añ.ʒ.i.
Mirabolanoꝝ kebuloꝝ. Absinthy.
Mirabolanorum belliricorum. añ.ʒ.i. Violarum.
Folliculoꝝ sene.
Mirabolãoꝝ emblicoꝝ. Agarici electi.
Mirabolanoꝝ indoꝝ. Cuscute. añ.ʒ.i.
Reubarbari. añ.ʒ.i.

¶ Teranꝶ oĩa: deinde accipe scamonee preparate subtilr̃ puluerizate ʒ.vi.ſ. ligetur scamonea in pecia ⁊ ĩfundatur in succo feniculi quantitate qua pillule possint reformari: deinde exprimatur scamonea manibus: prius tñ inunctis oleo violato vel cõmuni: ⁊ tãtũ dicta scamonea exprimaꝶ ⁊ manibus ꝯtractetur ꝙ in lactis silitudinẽ a pãno exeat tota eius humiditas ⁊ scamonea: ⁊ de illa expressione pillule formentur abyciendo qd̃ intra peciam de scamonea remanebit. Succum feniculi cũ expressione facta de scamonea accipiendo ⁊ pillulas formando. ¶ Aloes quãdo simpliciter ponitur pro sucotrino: ⁊ de sucotrino intelligitur: vt ponit Matheus syluaticus capitulo proprio.

¶ Pillule a pila dicunꝶ: qꝛ sicut pila est rotũda: ita pillule debẽt esse rotũde. ¶ Pillule q̃re danꝶ in forma rotunda: est qꝛ figura sphericã nõ tãgit planũ nisi in pũcto. Sꝫ ꝯcauuꝫ ipsuꝫ tãgit vndiqꝫ. qñ ergo pillula ponꝶ in stomacho qd̃ est ꝯcauuꝫ ipsa equalr̃ tangiꝶ a qualibet parte stomachi: ⁊ ideo vndiqꝫ ⁊ in oĩ sui parte ad actum reducitur ꝓpter calorem stomachi: ⁊ ideo ipsa in qualibet sui parte reducta ad actum attrahit vndiqꝫ equaliter a membris oĩbus: ideo datur ⁊ dari debent in forma rotunda ⁊c̃.

Pillule cocie Hal. euacuant humores diuersos a capite ⁊ toto corpore: ⁊ acuũt alias medicinas qñ miscenꝶ cum eis. Cuius permixtio hec est. ℞.
Aloes. Masticis.
Scamonee preparate. Colloquintide. añ.ʒ.iiij.
Absinthy. añ.ʒ.iiij.

¶ Teranꝶ ⁊ ꝯficiãt cũ succo absinthy ⁊ reserua ⁊c̃. Quare eniꝫ he pillule dicunꝶ cocie. Cocie: idest capitales: a cocos qd̃ est caput. ¶ Pillule q̃re danꝶ in ipari numero est. Pythagoras eñi posuit in ipari numero vtutẽ multã: ⁊ dixit numeꝝ iparẽ masculũ. igiꝶ ꝑfectiorẽ. Et ob hoc vulgares sequentes eũ credunt ꝙ dando eas in numero impari sit maior ꝑfectio ⁊ multũ errãt. Numerus eñi nõ est principium actionis ⁊ passionis: vt 5° metaphisice. cõmẽto 2°. Et ideo facta dosi cõuenienti medicine potest formari numerus pillularum par ⁊ impar.

Pillule cocie Almansoris vsuales: valent ad dolorẽ capitis ⁊ stomachi: ⁊ euacuãt humorẽs malos qui sunt in capite ⁊ in stomacho. ℞.
Pulueris biere pigre Almansoris. ʒ.x. Turbith.
Sticados. añ.ʒ.v.
Collogntide. ʒ.iij.ſ.℈.i. Diagridy. ʒ.ij.ſ.
Terantur hec ⁊ conficiantur cũ vino albo. hec est species pul. biere pigre Almansoris que intrant in suprascriptis pillulis. Cuius permixtio. ℞.
Rosaꝝ rubeaꝝ. Cinnamomi.
Spice inde. Xillo cassie.
Masticis. Radicum assari. añ.℈.i.
Xylobalsami. añ.℈.i.g̃.vi. gran. vi.
Carpobalsami. ℈.i.g̃.vi. Aloes boni. ʒ.vi.℈.ij.

¶ Pillule fuerunt inuente. Primo propter earum minorem displicentiam gustui: cum vniuersaliter componãtur ex rebus amaris. Secũdo vt magis a remotis attrahant. quanto enim medicina lõgiori tẽpore stat in stomacho tãto magis ⁊ a longinquioribus attrahit.

Pillule arabice Nicolai: purgãt mirabilr̃ oẽs humores. s. sanguinẽ ⁊ choleram rubeam ⁊ nigraꝫ ⁊ letitiam afferunt: tristitiam remouent: mentem acuunt: visum audacter restaurant: memoriã tribuũt: scothomiã: vertiginem: emigraneam: oculos: dentes: gingiuas: stomachũ: splenem: sonitum aurium: omnes humores: omnibus actibus: ⁊ omnibus tẽporibus: sine molestia in viris ⁊ mulieribus purgant. Cuius permixtio. ℞.
Aloes electi. ʒ.iiij. Assari: idest radicum.
Radicum brionie. Rosaꝝ rubeaꝝ. añ.ʒ.iiij.
Mirabolanoꝝ oium. Zinçiberis. ʒ.i.
Masticis. Castorei. ʒ.ij.
Diagridy. añ.ʒ.iiij.
Misce fiant pillule cum succo feniculi vel absinthy.

¶ Si scriptuꝫ simpliciter in pillulis reperitur scamonea de preparata est intelligendum: ⁊ non de alia: prout in electuarijs supra declaraui.

Pillule alfaiaret. Auic. in prima Fen tertij. in caplo de canonibus vniuersalibus curationis capitis: ⁊ exponiꝶ a Gentili in hunc modum. ℞.
Spẽꝝ biere simplicis. ʒ.ij. Masticis. ʒ.i.
Mirabolanoꝝ citrino. ʒ.i. Aloes boni. ʒ.iiij.
Teranꝶ ⁊ cum vino optimo fiant pillule. ¶ De mirabo-

lanis nota ꝙ aliquando reperitur scriptuꝫ in receptis mirabolanoꝝ absolute: ⁊ tunc de oĩbus mirabolanis est intelligenduꝫ. s. de quinqꝫ generibus mirabolanoꝝ. Si võ scriptum reperiatur mirabolani absolute de citrinis est intelligendum sicut de melioribus ⁊ perfectioribus.

Pillule stomatiche penultime descriptiõis Mesue ⁊ sunt ille que dari possunt omni tempore ⁊ sunt in vsu: stomachum ⁊ caput mundificant. ℞.

Turbith boni. ʒ.x.	Rosaꝝ rubeaꝝ. ʒ.iij.
Masticis. ʒ.iiij.	Aloes optimi. ʒ.xvij.

Terantur ⁊ ꝯficiant̃ cũ succo absinthij. ¶ Hic nota ꝙ si zinziber cum turbith poneretur fortificarentur operationes eius. nam turbith sui virtute ⁊ de se flegma subtile trahit: sed si cum eo zinziber admiscetur fortificando ipsum facit ꝙ attrahit etiam flegma grossum.

Pillule stomatiche secunde descriptionis Mesue: ⁊ sunt in vsu: stomachum ⁊ digestionẽ confortant: cerebrum ⁊ stomachum a corruptis humoribus purgant: ⁊ appetitum excitant. ℞.

Hiere pigre. ʒ.x.	Mirabolanorum belliricorum.
Trium mirabolanoꝝ.	
Absinthij sicci. añ.ʒ.iij.	Agarici albi. añ.ʒ.iij.ſ.
Masticis.	Zinziberis. ʒ.ij.
Seminis anisi.	Squinanti. ʒ.i.
Mirabolanorum emblicorum. añ.ʒ.iij.ſ.	Turbith albi ⁊ gũmosi. ʒ.xij.

Terant̃ ⁊ ꝯficiant̃ cũ succo absinthij: ⁊ da.ʒ.ij.vel.ʒ.iij.

Pillule imperiales siue laudabiles. N. quas ipse intitulauit pillule alie ante cibum ⁊ post cibũ: ⁊ sunt ille que sunt in vsu ⁊ bone: valent ad confortanduꝫ stomachum: ⁊ purgant sine molestia. ℞.

Nucis muscate.	Masticis.
Spice inde.	Seminis feniculi.
Croci.	Carpobalsami.
Ligni aloes.	Quinqꝫ generum mirabolanorum.
Cardamomi maio. ⁊ mi.	
Gariofilorum.	Turbith albi ⁊ gũmosi.
Amomi.	Manne granate.
Cinnamomi. añ.ʒ.ſ.	Agarici albi.
Zinziberis.	Folliculoꝝ sene. añ.ʒ.ſ.
Galange.	Reubarbari boni ad pondus omnium suprascriptaꝝ sunt. ʒ.xiij.ſ.
Zedoarie. añ.ʒ.ſ.	
Cubebaꝝ.	
Macis.	Aloes bõi ad põdus oĩuꝫ suprascriptaꝝ sũt. ʒ.xxvij.
Seminis anisi. añ.ʒ.ſ.	

Terant̃ oĩa ⁊ aloes de per se: ⁊ postea misce ⁊ fiant pillule cũ vino albo optimo. Et inunctis manibus cũ oleo laurino ⁊ reformẽt̃: ⁊ aliqñ possunt reformari cũ syrupo violato. ¶ Sene cũ simplr̃ scriptũ reperit̃ in cõpositionibus solutiuis vel lenitiuis: de folliculis semper est intelligendum cum magis solutiui ⁊ meliores sint.

Pillule cõmunes Auicẽ. pª Fen quarti. tractatu 4°. cap. de preseruatione pestilentie. ℞.

Aloes electi. ʒ.ij.	Myrre.	Croci. añ.ʒ.i.

Terant̃ ⁊ cũ vino optimo fiãt pillule. ¶ Pillule oẽs prescripte ⁊ īfra scribende exhibende non sunt imediate post ipsaꝝ cõpositionẽ: sed saltim standuꝫ est ꝑ qndecim dies vt possint simul cõmisceri. Et tunc agent operationẽ suaꝫ rõne cõpositionis. Scd̃o aũt faciũt si ante dictũ tẽpus exhibent̃. verũ aũt in illo tẽpore fermẽtent̃ ⁊ nunqd dici possit vera fermẽtatio. Satis in q̃stiũcula mea de narcoticis ꝑ lõgũ ꝓcessuꝫ declaraui: q̃ videre vult ad ipsaꝫ recurrat. ¶ Pillule que ab aromatarijs exhibẽdus obsunt q̃ꝫ cõferant si tempore debito non exhibentur: ideo modum exhibitionis inscribaꝫ ne sua imperitia ⁊ temeritate viri ad aliquas graues egritudines incurrant: pillule que dantur quantum iuuat nostro proposito spectat: aut dant̃ ad euacuandum aliqualem materiam in stomacho existentem: ⁊ tunc dari debent ante cenam imediate. Aut ad euacuandum aliquam humiditatem cerebri: ⁊ tunc post cenam per duas horas saltim exhibende sunt: ⁊ hoc intelligatur de pillulis non scamoneatis ⁊ leuibus: vt masticine elefangine de hiera simplici ⁊c̃. Aut dantur ad purgandũ humorem loco medicine: ⁊ tunc dari debent facta digestione cibi in stomacho ⁊ post eas tardandus est cibus saltim ꝑ horas sex: ⁊ hoc modo doctores exhiberi iubent.

Pillule hichichie Mesue in suo de appropriatis. capitulo de cura tussis sicce. sistunt catarrum: ⁊ dilatant pectus ⁊ guttur. ℞.

Succi liquiritie.	Dragaganti.
Zucchari albi. añ.ʒ.x.	Amigdalaꝝ dul. añ.ʒ.i.ſ.
Amidi. ʒ.i.ſ.	

Misce ⁊ fiant pillule cum mucilagine cydoniorum.

¶ Species omnium pillularum grosso modo sunt contere͂de ⁊ per rarum sedatium transiri debens: ⁊ sic melior est sua operatio ⁊ a longinquioribus partibus attrahunt. ratio supra est assignata in electuarijs.

Pillule de agarico Mesue: pectus mũdificant: ⁊ humores grossos ⁊ putridos: ⁊ cõferunt asmati ⁊ tussi antique. ℞.

Agarici electi.	Radicum ireos.
Masticis. añ.ʒ.iij.	Prassij. añ.ʒ.i.

Terantur ⁊ conficiantur cum vino cocto.

¶ In istis pillulis soleo apponi facere loco agarici agaricum trociscatum: ⁊ trociscos alandal loco colloquintide: eo quia in eis sunt multe medicine venenose: ⁊ fere nulle sunt medicine earum venenositatem refrangentes: imo refracte esse debent medicine apponẽde sunt trocisci alandal ⁊ agarici trociscati.

Pillule de lapide lazuli Mesue: valent ad egritudines melancholicas: ⁊ cholere aduste sane ⁊ experte. ℞.

Lapidis lazuli loti. ʒ.vi.	Salis indi. ʒ.ij.ſ.
Epithimi.	Agarici. ʒ.viij.
Polypodij. añ.ʒ.viij.	Gariofilorum.
Diagridij.	Seminis anisi. añ.ʒ.iiij.
Ellebori nigri. añ.ʒ.ij.ſ.	Hiere pigre. ʒ.xv.

Cõfice cũ aqua endiuie vel succo: ⁊ da ʒ.ij. cũ aqua casei.

Pillule de euforbio Mesue: educunt flegma frigidũ: ⁊ ꝯferunt ad mollificationẽ paralysis: ⁊ educũt humores grossos qui descendũt ad neruos. ℞.

Euforbij.	Serapini.
Agarici.	Bdellij. añ.ʒ.ij.
Colloquintide. añ.ʒ.ij.	Aloes ʒ.v.

Misce cum aqua porri. dosis ʒ.ſ. vsqꝫ ad ʒ.i.

Pillule ad omnes morbos catarri Mesue: valent ad tussim catarralem: ⁊ dicuntur pillule de cinoglosa. ℞.

Myrre pure. ʒ.vi.	Radicum lingue canis. ʒ. iiij. ſ.
Olibani. ʒ.v.	
Opij.	Et fiant pillule. quarum dosis. ʒ. ſ. vel ʒ. i.
Jusquiami. añ.ʒ.iiij.	
Croci. ʒ.i.ſ.	

Pillule de oppoponaco Mesue: ꝯferunt paralysi ⁊ torture ⁊ egritudinibus neruoruꝫ frigidis ⁊ dolori iuncturarum ⁊ genuum ⁊ dorsi. ℞.

Oppoponaci.	Armoniaci.
Hermodactylorum.	Colloquintide. añ.ʒ.v.
Serapini.	Croci.
Bdellij. añ.ʒ.v.	Castorei. añ.ʒ.i.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0254-7

Myrre. corum.
Zinciberis. Mirabolanorum belliricorum.
Piperis nigri.
Piperis longi. Mirabolanoꝝ idoꝝ. añ.ʒ.i.
Cassie fistule. Diagridy. ʒ.y.
Mirabolanoꝝ citrinoꝝ. Turbith. ʒ.iiy.
Mirabolanorum embli- Aloes boni. ʒ.xy.

¶ Infundant gũme in aqua cauliũ: ⁊ ꝯficiant cũ alys. dosis eius est ʒ.i. vsqȝ ad auř.i. ⁊ da cum aqua Jue.

Pillule alexandrine magistrales: valẽt ad egritudines melãcholicas: ⁊ cancrũ ⁊ leprã ⁊ morfeã nigram difficilem: ⁊ egritudines neruoꝝ frigidas habentibus humiditatē difficilis eradicationis: ⁊ flegma viscosum: ⁊ confert colice flegmatice ventose: ⁊ ꝯfert hydropisi ⁊ dolori splenis: ⁊ stomachi frigiditati. ℞.

Aloes bõi ⁊ sublimis. ℥.i. Ameos. ʒ.ſ.
Colloquintide interioris. Masticis. ʒ.iiy.
Diagridy. Anisi. ʒ.y.
Absinthy. Euforby. ʒ.iy.ſ.
Bdelly. añ.ʒ.ſ. Ellebori nigri. ʒ.y.

Et fac cum succo caulium. dosis ʒ.i. vel ʒ.y.

Pillule de serapino Mesue: experte ad dolorẽ iuncturaꝝ: ⁊ sciaticam ⁊ podagram: ⁊ cõferunt ad dolorem matricis: ⁊ prouocant menstrua. ℞.

Serapini. Fumiterre.
Armoniaci. Calamenti.
Oppoponaci. Foly. añ.ʒ.ſ.
Bdelly. añ.ʒ.y.ſ. Centauree.
Seminis apy. Poly.
Seminis ameos. Costi.
Armel. Salis gemme. añ.ʒ.ſ.
Seminis anisi. añ.ʒ.i. Aloes boni. ʒ.vi.
Acori. ʒ.ſ. Colloquintide. ʒ.v.

Fiant pillule cum vino. dosis. ʒ.i. vsqȝ ad ʒ.y.

Pomum laudani quod portatur in manu tempore pestis. ℞.

Cinnamomi electi. Thuris albi.
Hariofilorum. Myrre. añ.ʒ.i.
Ambre bone. Sandali citrini.
Musci. Boli armeni.
Storacis calamite. añ.ʒ.i. Calami aromatici. añ.ʒ.y.
Macis. Camphore. ʒ.iy.
Seminis iuniperi. Laudani boni. ℥.vi.
Rosaꝝ rubeaꝝ. añ.ʒ.i.ſ.

Cere quantum sufficit ⁊ fiant poma in mortario cum pistello calido: ⁊ cũ pauco vino maluatico vel vernacia.

Poma ambre que portantur vt supra. ℞.
Laudani boni. ʒ.iiy.
Storacis calamite. ʒ.iiy. Myrre.
Ligni aloes. Sansuci: idest maiorane.
Cardamomi. añ. ʒ. i. ſ.
Rosaꝝ rubeaꝝ. añ.ʒ.i. Ambre bone. ʒ.ſ.
Thuris albi. ʒ.i.ſ. Musci boni. ℈.i.

Cere quantum sufficit ⁊ fiant poma in mortario cum pistello ferreo calido. vt supra.

Rubea trociscata Nicolai: rubea dĩ ab ipso colore trociscata: qꝛ trocisci ĩ ea ponunt: valet tertianarys quotidianarys añ horã accessionis data cũ rodostomate ad modũ auellane. Naribꝰ ⁊ pulsibꝰ ex ea inũctꝭ sanitatẽ ꝑstat: tenuati ex acri flate fcõ data cũ ptisano subuenit. ℞.

Liquiritie rase. Croci.
Cinnamomi. Rosaꝝ.
Papaueris albi. añ.ʒ.iy. Seminis iusquiami.
℈. y. gra. vy.ſ. Seis apy. añ.ʒ.iy. gra.xv.
Spice nardi. Trociscorum croci magnetis.
Violaꝝ. añ.ʒ.i. gra.vy.ſ.
Hariofiloꝝ. Trociscoꝝ idiocri.
Storacis calami. añ.ʒ.ſ. Myrre.
Opy thebaici. ʒ.ſ. Seis anisi. añ.gra.xv.
Mellis quantum sufficit ⁊ da vt supra.

Rosata nouella Nicolai: rosata dicitur a rosis: nouella respectu veteris que recipiebat tabar: idest sulphur viuum: vomitum ⁊ subuersionem stomachi aufert: debilitatem ⁊ sitim reprimit: defectis ex lõga infirmitate mire subuenit: sudores diaforeticos compescit. Cuius permixtio. ℞.

Rosaꝝ rubeaꝝ. Galange.
Zucchari. Nucis muscate.
Liquiritie rase. añ.℥.i. Zedoarie.
ʒ. i. ℈. y. ſ. Storacis calamite.
Cinamomi. ʒ.i.℈.y.g̃.y. Cardamomi maioris ⁊ minoris.
Hariofilorum.
Spice nardi. Seminis apy. añ.℈.i.g̃.ix.
Zinciberis. añ.℈.i.g̃.ix.

¶ Puluerizent pulurizanda: ⁊ cum mellis lib.i.℥.viy. fiat in forma liquida. si vo in forma solida: facias vt supra te ostendi. ¶ Nardi si reperit scriptũ in aliqua cõpositione vt in hac cõmuniter reperitur: de spica nardi intelligẽdum est: non autem de compositione cuiusdam vnguenti preciosi: vt quidam dementes ausi sunt dicere

Requies Nicolai: requies dicitur qꝛ requiem accipientibus prestat: maxime typice febricitantibus quotidianarys tertianarys quartanarys acutis ⁊ peracutis. Cuius permixtio. ℞.

Rosaꝝ rubeaꝝ. Seminis psily.
Violaꝝ. añ.ʒ.iy. Nucis muscate.
Seminis iusquiami. Cinnamomi.
Opy. Zucchari. añ.ʒ.i.ſ.
Papaueris albi. Sandaloꝝ alboꝝ.
Corticum mandragore. Sandaloꝝ rubeoꝝ.
Seis scariole. añ.ʒ.i.ſ. Sandaloꝝ citrinoꝝ.
Seminis lactuce. Spody de canna.
Seis portulace. añ.ʒ.i.ſ. Dragagãti. añ.℈.y.gra.v.

¶ Pulueriçentur subtiliter pulueriçanda: mellis cocti ⁊ dispumati lib.i.⁊.℥.iiy. ⁊ fiat electuarium.

¶ Ista compositio a multis corrupta ⁊ male componitur: multi enim addunt ⁊ in suis receptis reperiunt vltra prescripta Miconis: ⁊ exponunt qđ est papauer nigrum ⁊ false. nam idem est qđ papauer album: vt vult Gentilis sup 5º canonis. Sed littera debet stare vt prescripsi. ¶ Usus istorum opiatorum non debet esse nisi transactis sex mensibus. Et inueterata vltra sex annos non vigorose electuaria hec operantur. immo declinant ab eorum virtute: maxime stupefactiua seu opiata ⁊c.

Sufuf aromaticuȝ Mesue: confortat stomachum: digestionem facit bonã: ventositatem dissoluit: oris odorem facit bonum. Cuius permixtio hec est. ℞.

Anen. auř.xy Ligni aloes.
Seis feniculi. auř.iiy. Corticis citri. añ.auř.i.ſ.
Liquiritie rase. Musci boni. gra.xv.
Zinciberis. añ.auř.iy. Zucchari tabarzet ad pondus omnium.
Hariofilorum.
Macis. Zucchari habet mediũ pondus omnium.
Cinnamomi electi.
Galange. añ.auř.y. Dosis eius est auř.y. cuȝ vino bono.
Gallie muscate. auř.i.

Sief album cum opio Mesue: conferens obthalmie ⁊ doloribus oculoruȝ. Cuius per-

mixtio hec eſt. ℞.
Ceruſe lote i aq̄ roſa. ʒ.x. Dragaganti albi. ʒ.i.
Sarcocolle. ʒ.iij. Opij. ʒ.ß.
Amili. ʒ.ij.
Fiant trociſci parui longi: ſicut ſuppoſitoria.

Sief album ſine opio Meſue: valet vt ſupra. Cuius permixtio. ℞.
Ceruſe lote in aq̄ roſa. ʒ.x. Amili. ʒ.ij.
Sarcocolle. ʒ.iij. Dragaganti. ʒ.i.
Fiant trociſci parui longi ad modū ſuppoſitorij de ℈.ß. pro quolibet vel circa.

Suppoſitoria ad tenaſmon magiſtralia: valent tenaſmoni ⁊ egritudinib⁹ ani. ℞.
Terbentine. Croci. ʒ.i.
Myrre. Opij.
Thuris. añ.ʒ.i. Licij.i.ſucci. añ.ʒ.ij.
Et cum albumine oui fiāt ſuppoſitoria ad longitudinem vnius digiti ⁊ applicet̄ pa℞ vnū fili: ⁊ ſic fit.

Suppoſitoria alia ad tenaſmon. Cuius permixtio. ℞.
Thuris. Lycij.
Uernicis. Myrre.
Opij. Croci. añ.ʒ.i.
Sāguis draconis. añ.ʒ.i. Et fiāt ſuppoſitoria cum vino vel albumine oui ⁊ cum filo: vt ſupra.

Suppoſitoria de Ciclamine ⁊ de alijs gummis. ℞.
Myrre. Oppoponaci.
Caſtorei. Ciclaminis: ideſt panis porcinus. añ.ʒ.i.
Nigelle. añ.ʒ.i.
Et fiant ſuppoſitoria cum trifera ⁊ cum filo.

Suppoſitoria conſtrictiua. ℞.
Lythargirij.
Olibani. Croci.
Maſticis. añ.ʒ.ij.ß. Opij. añ.ʒ.ij.
Et fiant ſuppoſitoria cum filo.

Sacculus pro corde ſic fit. ℞.
Require in iſto capitulo de pulueribus pro ſacculo cordis.

Sacculus pro capite fit. vt p₃ in iſto cap̄lo de pulueribus: ⁊ incipit. Puluis pro capite.

Sacculus alius pro capite. ℞.
Uernicis. ℥.ij.
Macis. Gariofilo℞. añ.ʒ.iiij.
Miſce ⁊ fiat ſacculus.

Sacculus pro ſtomacho ſic fit. ℞.
Abſinthij ſicci. M.i.
Menthe ſicce. Cinnamomi. ʒ.ij.
Roſa℞ rubea℞. Macis.
Coriandroru₃ preparatorum. añ.M.i. Gariofilorum.
Spice.
Maſticis. ʒ.i. Galange. añ.ʒ.ß.
Conterantur groſſo modo: ⁊ fiat ſacculus.

Sacculus alius pro ſtomacho. ℞.
Roſa℞ rubea℞. M.i.
Abſinthij ſicci. Coriandro℞ preparato℞.
Menthe ſicce. añ.M.i. Seīs aniſi. añ.℥.ij.
Miſce ⁊ conterantur groſſo modo ⁊ fiat.

Sacculus pro plcibus. ℞.
Celidonie. M.ß.
Melliloti. Papaueris. añ.M.ß.
Piſtentur groſſo modo ⁊ fiat ſacculus.

Sacculus pro fianchis ſic fit. ℞.
Furfuris frumenti.
Seminis anbeti. Flo℞ camomil. añ.quātū ſufficit.

Stomaticu₃ calidum Nicolai: confortat digeſtionem: virtutem adiuuat ⁊ ilioſis ſatis valet. ℞.
Cinnamomi. Spice.
Zinçiberis. añ.ʒ.ij. Macis.
Gariofilo℞. Ligni aloes.
Galange. Cardamomi. añ.ʒ.ß.
Nucis muſcate. añ.ʒ.ß. Zucchari albi. lib.i.
Miſce ⁊ fiat confectio in morſellis aut in puluere.

Stomaticu₃ frigidum Nicolai: valet contra oēm calorē: ſitim reprimit: ⁊ patiētibus debilitatē ex calore nimio potenter ſubuenit: acutis ⁊ peracutis mirifice prodeſt. ℞.
Sandali albi. Seminis melonis.
Sandali rubei. añ.ʒ.i.ß. Succi liquiritie.
Spodij. Roſarum rubearum.
Berberis. Uiolarum.
Seminis portulace. Flo℞ nenufaris. añ.ʒ.i.
Seminis ſcariole. añ.ʒ.i. Zucchari albi. lib.i.
Et fiat confectio cum lib.i. aque roſe.

Stomaticu₃ laxatiuum. ℞.
Diagridij. ℥.i.
Turbith. Cinnamomi.
Foliculo℞ ſene. añ.℥.i. Gariofilo℞.
Maſticis. Spice. añ.ʒ.i.
Roſa℞ rubea℞. añ.ʒ.ij. Zucchari albi. lib.ij.
Seminis aniſi. añ.ʒ.i.
Et miſce ⁊ fiat ⁊ detur: doſis eius eſt. ʒ. iiij.

Species pro compoſita de rapis. ℞.
Seminis feniculi. lib. iij.
Seminis coriandrorum. Seminis carui. lib.i.
lib. i. ℥. vi. Seminis aniſi. ℥.vi.
Piſtentur groſſo modo ⁊ aſpergantur ſuper rapis ⁊ ſupponatur acetum quantum ſufficit.

Specierum pro ceruelato. ℞.
Piperis. ℥.iij.
Gariofilo℞. Croci. ʒ.i.
Zinçiberis. añ.ʒ.ij. Salis cōis. ℥.iiij.ß.
Cinnamomi fini. ʒ.iiij. Carnes porcinas. lib.iij.
Nucis muſcate. de.℥.xxviij. per lib.
Macis. añ.ʒ.i. Caſei veteris ⁊ boni. ℥.xij.
Et fiat ceruelatum bonum.

Salſa confecta ſic fit. ℞.
Zinçiberis. ℥.ij.
Cinnamomi. Synapis. ℥.iij.
Piperis. añ.℥.ij. Nucis muſcate.
Gariofilo℞. Piperis longi.
Galange. Coriandrorum preparatorū.
Macis. añ.ʒ.ij. añ. ʒ. iiij.
Serpilij. Allij mundi. ℥.i.ß.
Petroſillij. añ.℥.ij. Salis communis. ℥.ij.
Maiorane. Amigdala℞ mūdata℞.
Menthe. Paſſula℞. añ.lib.ij.
Croci. añ.ʒ.iiij. Mellis diſpumati. lib.xij.
Piſtent̄ oīa ſubtil'r ⁊ icorporent̄ cū melle ⁊ reſeruetur: ⁊ quando operare oportet diſſolue cum aceto forti.

Syrupus acetoſus ſimplex Meſue: valet ad materias calidas frigidas ſubtiles ⁊ groſſas ⁊ viſcoſas ſiue adherētes: ⁊ facit penetrare medicinas in ptes in quas forte nō penetrarēt. Et facit acgrere diuiſiuas ſectiones duri ⁊ difficilis: ⁊ modus opationis eſt. ℞.
Zucchari albi. lib.v. Aque fontium. lib.iiij.
Et cū ea clarificet̄ çuccha℞: quo clarificato cu₃ igne lento ſemp ſpumā abijciēdo: deinde pijciant̄ ſup illō Aceti vini albi. lib.ij. in leui ⁊ forti lib.iiij. ⁊ in mediocri lib.iij.

⁊ da

⁊ da ei post illud pfectionē decoctionis. Sed vsitatus modus est ponere. lib.ij. aceti ⁊ facere syrupuz: ⁊ hic in vsu est. ¶ Multi dubitāt in hac recepta: ⁊ apparet eis ambiguū id qđ Mesue dicit: ⁊ referunt illud forte: ⁊ illud debile ⁊ illud bene ad acetum. Et non debet referri ad acetuz: sed ad virtutem syrupi: ⁊ sic clara est littera.

Syrupus de radicibus Mesue. siue acetosus compositus i alia est magistralis. valet ad choleram grossam difficilem ⁊ ad flegma. Incidit enim ⁊ abstergit ⁊ aperit oppilationes que sunt in epate ⁊ splene ⁊ renibus. Cuius permixtio. ℞.

Radicum apij.	Seminis feniculi.
Radicum feniculi.	Seminis anisi.
Radicum petrosilij.	Seminis ameos.
Radicū endiuie. ań. M.i.	Semis sparagi. ań. ʒ.iij.
Seminis apij. ʒ.iij.	Aceti boni. lib.ij.

¶ Omnia preter acetum bulliāt in lib.xx. aque ₰m artem vsqz ad ↄsumptionē ⁊ perfectā coctionē: deinde colētur ⁊ in colatura addatur Mellis purificati aut çucchari lib.iiij. Et aceti quātitas pscripta: ⁊ coquat̄ ad perfectam coctionē: ⁊ appellat̄ syrupus iste de radicibus cuz aceto. si vo facere vis illum sine aceto remoueas acetū ⁊ erit factū ⁊ erit de radicibus. ¶ Triplex fuit necessitas syruporum cōpositionis. pma fuit cōseruatio virtutū rerū in toto anno. scđa exhibitionis reruz in forma potabili: volendo virtutē rei preter eius substantiā. tertia propter infirmos qui non possunt sumere medicinas nisi in hac forma: ⁊ ppter has causas syrupi reperti sunt. ¶ Radices anteq̄ exiccētur bene lauande sunt ⁊ ab interiori ligno mundande: deinde ad solē siccari: deinde reseruande a fumo ⁊ humiditate sunt: ⁊ ita fere oēs herbe bene exiccant̄ ⁊ conseruant̄. Flores vo in vmbra. ¶ Radices simplr prolate sūt qnqz numero. s. radix feniculi: apij: petrosilij: brusci: ⁊ sparagi. ¶ Semina q̄tuor frigida cōia minora sunt ista. Semen endiuie: lactuce: scariole: ⁊ semē portulace: iō si simplr scriptū reperiat̄ seminū cōium frigidoꝝ minoꝝ de istis intelligat̄. ¶ Si vo scriptū reperiat̄ quatuor seminū cōiuz calidoꝝ maioꝝ. ista ponant̄: scilicet semē anisi: feniculi: carui: ⁊ ameos: q: illa sunt. ¶ Semina vo q̄tuor cōia minora calida sunt ista: semen apij: petrosillini: cimini ⁊ nasturcij: imo si simplr scribat̄ quatuor semina cōia minora calida d istis itelligat̄. ¶ Syrup⁹ factus cū melle simplr melius valet q̄ factus cum çucchare: ⁊ quadruplex est causa. Prima est: q: mel cū sit viscosum melius cōseruat medicinas cōponentes syrupum q̄ çuccharuz. Secūda ratio: q: mel magis mūdificat materias tegitqz horribilitatē medicinarū q̄ çuccharū. Tertia: q: mel est dulcius. Quarta causa: q: a meli⁹ digerit q̄ çuccharū. Et lz syrupus factuz cum melle melius sit ad digerendū ⁊ mundificandū: tn̄ ad ifrigidandū ⁊ confortandū melius valet syrupus factus cum çucchare q̄ cū melle. Unde si intēdimus digerere abstergere calefacere ⁊ mūdificare fortiter dēbemus facere syrupū cū melle. Si infridare confortare leniterqz aperire: cū çucchare bono. Si vtrūqz fiat cū vtroqz: ideo notēt ignari ⁊ trouantuli aromatarij: qui suos syrupos ppter auaritiā cū melle faciunt. maior eniz intentio syrupi est ↄfortare: infridare ⁊ leniter digerere q̄ aliud facere: q̄re ⁊c̄.

Syrupus de duab⁹ radicibus ⁊ est magr̄alis. ℞.
Radicum petrosilij.
Radicū feniculi. ań. M.i. Bene lauent̄ ⁊ a ligno interiori mundentur ⁊ abradant̄: deinde bulliant in lib.viij. aque vsqz ad ↄsumptionē medietatis: deinde colent̄ ⁊ pdicte colature addat̄ çucchari albi clarificati lib.ij. ⁊ bulliant vsqz ad perfectā decoctionē in formā syrupi. ¶ In isto syrupo sūt qui ponūt radicē apij loco radicis petrosilij. Sed q: apiū hz in se ... ppietatē q epilepsiā mouet. ideo mihi suspectū est: ⁊ ... ipsius poni facio petrosilliū.

Syrupus de succo endiuie valet ad oppilationem epatis: ⁊ extinguit inflammatiōes febriū ⁊ sitim ⁊ epar calefactum. Cuius permixtio. ℞.
Succi endiuie cocti ⁊ depurati ⁊ colati. lib. ij.
Zucchari. lib.iiij. Et fiat syrupus decoquendo debito modo: ⁊ est in vsu. ¶ Succi omnium herbarum conseruantur per annum ⁊ nō vltra. si supra eos ponatur parum olei oliuarum: ⁊ bn̄ sint clarificati: vt in syrupo de biçantijs ostendit̄: ⁊ apponendi sunt in vase vitri vel saltim vitreato: demum transacto anno sunt abijciendi.

Syrupus de endiuia magistralis. ℞.
Foliorum endiuie.

Epatice.	Radicum endiuie.
Capilloꝝ ven. ań. M.ij.	Aque endiuie. ań. lib.i.
Diantos. M.ij.	

Bulliant hec ₰m artē in lib.xviij. aque vsqz ad cōsumptionē duarū partiū: deīde colent̄ ⁊ colature addant̄ çucchari clarificati. lib.vi. ⁊ fiat syrupus coquendo debito modo. ¶ Nota hic vnū vniuersale q si vis facere syrupū magis clarū: tūc in decoctiōe debes çuccharū clarificare: sed tūc syrupus nō est tante vtutis. Ideo semp çuccharū p se clarificari soleo facere: deīde decoctionē supra addo.

Syrupus alius de endiuia: cuius inuentor fuit Gentilis de fuligineo quez manu propria eius descriptum ego iam vidi: efficacior ⁊ melior prescripto. Cuius permixtio hec est. ℞.

Succi endiuie.	Succi epatice. ań. lib.ij.

Clarificent̄ seu purgent̄ pdicti succi ad ignez vt expedit.

Rosarum.	Capillorum veneris.
Uiolarum.	Ordei mundi.
Lētiginis aq̄. i. loraminie.	Seminū cōiuz frigidorum
Florum nenufaris.	maiorum. ań. ʒ.i.
Politrici. ań. ʒ.ß.	

Bulliant oīa hec ₰m artē in lib.vi. aque vsqz ad ↄsumptionē tertie partis: deinde colent̄ ⁊ colature addant̄ çucchari clarificati. lib.iiij. ⁊ fiat syrupus qui aromatiçetur cum infrascriptis subtili modo pulueriçatis. ℞.

Sandalorum alborum.	Ligni aloes.
Sandalorum rubeorum.	Cinnamomi.
Berberorum.	Corticum citri. ań. ℈.i.
Semis cydonioꝝ. ań. ℈.i.	

Subtiliter pulueriçent̄ ⁊ syrupus aromatiçet̄. est eniz efficacior. ¶ Aromatiçatio duplr fieri pōt. primo q postq̄ syrupus perfecte coctus est proijciant̄ ea ex qbus dz aromatiçari: ⁊ permittant̄ solū vna ebullitione bullire: deinde ab igne remoueant̄ ⁊ reseruent̄. ¶ Alio mō postq̄ syrupus perfecte coctus est ab igne remotus possunt aromata ex qbus aromatiçari debet intus apponi ⁊ simul longo tempore concutiendo misce: ⁊ sic virtutē accipiat eaꝝ: ⁊ h modo aromatiçatio fit. vterqz modus est laudabilis.

Syrupus rosatus ex infusione rosarum Mesue. cōferens adustioni febrium vehementer siti ⁊ inflāmationi pectoris. Cuius permixtio. ℞.
Infusionis rosaꝝ viridiū. lib.v. Zucchari bo. lib.iiij.
Misce ⁊ fiat syrupus decoquendo debito modo.
¶ Modus infusionis rosarum talis est. Accipe foliorum rosarū viridium mundatarū. lib.vi. ponant̄ in vase vitreato stricti orificij: ⁊ sup eas fundat̄ aque feruētis. lib.xv. ⁊ stringat̄ orificiuz vasis: ⁊ dimittatur per horas.ix. Deinde colet̄ ⁊ bene rose exprimant̄: ⁊ postea abijciātur. Et iterū tantundē folioꝝ rosarum recentiuz in dicto vase ponantur: ⁊ supra dictam aquā colatam que denuo fuerit calefacta proijciatur ⁊ obturet̄ ⁊ permittatur vt supra: ⁊

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-145250-p0257-5
DFG

iterū tertio hoc fiat:deinde coletur.⁊ si reseruare volueris apponat̄ ad solem per dies.xl.in vase vitreo stricti orificij ⁊ distilletur paruz olei oliuarū in orificio eius:postmodū reserua:⁊ de dicta īfusione accipe quando volueris ponē/do equalem quantitatem çucchari cum ea.

Syrupus de rosis siccis magistralis confert fluxui ventris ex caliditate. ℞.

Infusionis rosarum siccarum rubearum.
Zucchari clarificati. añ.lib.ij.
Misce ⁊ fiat syrupus decoquendo debito modo.

¶ Infusio rosarū siccaꝝ fit vt infusio rosaꝝ viridiū hoc excepto ꝙ loco viridiū ponunt̄ rose sicce:sȝ ꝑȝ eandē quā/titatē tam de rosis q̄ȝ de aq̄. Oēs syrupi restringentes vt syrupus rosatus de granatis de myrtis:⁊ ceteri cōstricti/ui debent bene decoqui:lenitiui v̄o vt violati ecōtrario.

Syrupus de succo rosaꝝ in acutis ⁊ pacutis febri/bus ⁊ soluit naturā cū facilitate. ℞.

Succi rosaꝝ rubeaꝝ. lib.iij. Zucchari. lib. iiij.
Et cum aqua fontium clarificetur:⁊ fiat syrupus.

Syrupus de succo acetose Mesue cōfert febribus cholericis ⁊ inflāmationi stomachi ⁊ cō/fortat cor calidum ⁊ stomachū ⁊ est cōueniēs febribus pe/stilētialibus. ¶ ℞. Succi acetose purificati. lib.iij. Zuc/chari clarificati. lib.ij. Et fiat syrupus decoquēdo debi/to modo ⁊ reseruet̄. ¶ In syrupis vnuz vniuersale nota. Syrupi eni aut cū çucchāro aut cū melle aut sapa fiūt:sy/rupus q de çucchāro fit melius debet decoqui q̄ȝ qui cuȝ melle cōponit̄:cū mel sit magis ꝯseruatiuū ⁊ minꝰ corru/ptibile. Et ideo syrupus cū melle factus diutius cōseruat̄. Syrupus factus de melle quāto minus decoquit̄ tāto ma/gis laxat:⁊ quanto plus coquitur tāto plus restringit. Sy/rupi in estate magis coquendi sunt q̄ȝ in hyeme:⁊ omni tē/pore syrupus quāto magis coquit̄ tanto melior est.

Syrupus de agresta Mesue confert vomitui ⁊ so/lutioni cholerice ⁊ inflāmationi stoma/chi ⁊ siti laboriose ⁊ febribus cholericis:⁊ cōfortat stoma/chum pregnantiū que facile recipiunt superfluitates:⁊ va/let contra venena ⁊ modus operationis eius est:sicut syru/pus de acetositate citri:⁊ quidā cōdiunt cū gariofilis. Cu/ius permixtio. ℞. Succi vue acerbe. lib.xij. Deco/quatur lento igne vsqȝ ad consumptionē tertie partis:de/inde coletur ⁊ postea permittat̄ donec clarescat:⁊ postea Accipe de eo claro. lib.vij. Zucchari clarificati. lib.v. Et simul coquantur vsqȝ ad perfectā coctionē ⁊ reseruet̄. ¶ Succus iste extrahi debet ex vuis citrinis declinanti/bus ad rubedinē nō maturis vltima hebdomada Julij ⁊ post ipsaꝝ collectionē stent ꝑ tres dies:deinde succus ex/trahat̄ anteq̄ȝ hebdomada illa transeat:qꝛ elapsa illa heb/domada stella canis absconditur ⁊ succus nō est tāte perfe/ctionis. ¶ Insuper incidenter hic est notanduȝ ꝙ illa que dantur pro fluxu ventris ad constringendum debent ex/hiberi statim ante cibum. Que v̄o propter vomitum dan/tur imediate sumpto cibo danda sunt.

Syrupus de papauere Mesue.ꝯferēs ad tussiȝ sic/cā ⁊ ptisiȝ ⁊ catarrū faciēs ad somnū. ℞.

Papaueris albi.	Seminis lactuce. ʒ.xl.
Papaueris nigri ⁊ proprie capita eorum. añ.ʒ.50.	Seminis malue.
	Semis cydonioꝝ. añ.ʒ.vi.
Capilli veneris. ʒ.xv.	Zucchari albi.
Liquiritie. ʒ.v.	Penidiorum. añ.℥.viij.
Juiubarum. nuō.xxx.	

¶ Coquant̄ omnia in lib.iiij. aque pluuialis vsqȝ ad cō/sumptionem medietatis:deinde colent̄. Et clarificentur cū predicto çucchāro ⁊ penidijs ⁊ fiat syrupus. ¶ Semi/na omnia mucilaginē facientia nō sunt sic ad bulliendum seu decoquendū cum alijs rebus ponenda:sed sunt in pe/cia liganda demū ad bulliendū ponēda:⁊ sic virtus earuȝ in syrupo transit:⁊ viscositas que syrupū viscosum redde/ret retinet̄ ⁊c̄. ¶ Alij sunt qui addunt sapam seu vinū co/ctū in hoc syrupo. ℥.vi. vt dirigat virtutem aliaꝝ medi/cinarum ad pectus.sapa enim multū pectori amicatur.

Syrupus de pomis simplex Mesue confortat cor debile ⁊ sanat syncopim ⁊ tremorem cor/dis. ℞. Succi pomoꝝ dulciū. Succi pomorū acetoso/rum. añ.lib.v. Bulliant ambo simul vsqȝ ad consum/ptionem medietatis:deinde infunde in eis setā tinctam in kermes.i.tincta in grana. ℥.5. ⁊ dimittat̄ in eis per dies duos vsqȝ dum clarescant:deinde colent̄. Et colature ad/dant̄ çucchari clarificati. lib.iij. ⁊ fiat syrupus. ¶ Seta tincta in kermes. Nota ꝙ kermes scriptum cum r.sine s. idem est ꝙ granū cū quo seta tingitur:scriptum v̄o cum s. scilicet kesmes:idest passule.hoc bene nota:qa diuersitas littere diuersificat rem. ¶ Omnes syrupi facti ex succis semper çuccharū debet esse clarifiatum ⁊ coctū per se.po/stea v̄o succi sunt addendi.⁊ ratio est:quia per longaȝ ebul/litioneȝ succi virtus deperditur:⁊ hoc intelligas de succis fructuum ⁊ vinis aromaticis:quia hi parum sustinent de decoctione. Succi v̄o radicum quanto decoquuntur tan/to puriores redduntur. Herbarum v̄o succi mediocreȝ su/stinent de decoctione ⁊ illa mediocri purificant̄. ¶ Po/mū simpliciter si scriptū reperiatur de malo est intelligē/dum.vt Mattheus syluaticus scribit.

Syrupus de pomis cōpositus Mes̄ in sua practi/ca capl'o de soda ex aggregatione cholere ⁊ flegmatis. Et cōferens ad ea que diximus in capl'o:⁊ est nobile ⁊ expertū ⁊ cōfert quartane ⁊ oppilationi splenis ⁊ omni egritudini que est de melancholia. ℞.

Capillorum veneris.	Camepiteos.
Radicum buglosse dome/stice.	Sticados.
	Camedreos. añ.ʒ.vij.
Radicū buglosse syluestris	Squinanti.
Florum ambarum.	Ellebori nigri. añ.ʒ.iij.
Polypodij.	Fumiterre. ℥.i.
Epithimi. añ.℥.i.	Eupatorij. ʒ.iiij.
Folliculoꝝ sene. ʒ.vij.	Succi pomoꝝ dul. ℥.viij.

